DE
THEOPHRASTI DICENDI RATIONE.

PARS PRIMA.

OBSERVATIONES DE PARTICULARUM USU.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE GOTTINGENSIS

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GUILIELMUS MÜLLER
OSTERHOLZIENSIS.

ARNSTADTIAE MDCCCLXXIV.
TYPIS EXPRESSIT OFFICINA FROTSCHERIANA.

HERMANNO SAUPPIO

PRAECEPTORI CARISSIMO

D. D. D.

SCRIPTOR.

Quicunque rebus grammaticis linguae graecae operam navaverunt, omnes ad unum inter se consentiunt, non modo non omnes scriptores ab omni parte satis excussos atque explanatos esse, sed multos et nobilissimos scriptores jam restare, ut Bernhardyi verba (cf. paralipp. gr. Gr. p. 14) mea faciam, quorum elocutionem nemo ne summis quidem lineis criticaque subtilitate digesserit. Quae quidem res cum me permovisset, ut, quantum in me est, hujus vel illius scriptoris dicendi rationem accuratius exquirere mihi proponerem, consilio auctoritateque Sauppii, praeceptoris summe venerabilis, factum est, ut omnium primum ad Theophrastum me converterem atque perscrutarer, quomodo Aristotelis discipulus, qui hoc ipso tempore magis magisque ab ea oblivione, qua paene obrutus erat, vindicatur, particulis usus esset. Etenim quamquam R. Eukenius dissertatione (de Aristotelis dicendi ratione. Pars prima. Observationes de particularum usu) abhinc octo annos scripta Theophrastum quidem non neglexit, sed ut demonstraret, Aristotelem haud raro aliter atque eos discipulos, quorum scripta sub illius nomine feruntur, et Theophrastum particulas usurpasse, hunc scriptorem attigit, tamen neque omnes particulas mentione dignas excussit atque tractavit neque omnia Theophrasti scripta, quae exstant, nescio an tempore impeditus perlegit. Ita fieri

non potuit, quin observationes de particularum usu Theophrasteo, quas fecit, non de omnibus scriptis valerent, neque sufficerent, ut de nonnullis locis, quos Wimmerus, quem hominem doctissimum de Theophrasti verbis optime meritum esse nemo non concedet, mutavit, certum judicium ferri posset. Quamvis enim Theophrasti scripta male tradita et labis suspecta sint, hoc mihi quidem persuasum habeo, singulas particulas de conjectura mutari aut inseri non licere nisi illarum usu quam accuratissime cognito.

Haec fere sunt, quae mihi praemittenda esse visa sint; restat ut addam, me in singulis particulis tractandis eundem fere ordinem quem Eukenius constituit, secuturum esse, quo facilius intelligi possit, quibus rebus Aristoteles et Theophrastus dissentiant, additis nonnullis particulis, quas homo ille doctissimus explanare supersedit.

Caput I.

De particulis adversativis.

Initium faciamus a particula *μέν*, de cujus usu qui recte disputare velit, paucis originem et vim primariam attingat oportet. De hac vero origine et significatione omnes grammatici ita inter se consentiunt atque congruunt, ut dubitari non possit, quin particula *μὲν* eadem sit vocula quae *μήν*, neque quidquam aliud significet quam ut rem de qua sermo est, affirmet, respondens verbis latinis quae sunt, „certe, sane, certe quidem.“ Hanc vim si tenemus, non est, quod miremur, hanc particulam apud omnes scriptores frequentius ita usurpari, ut, non respondente *δὲ* particula, verbum aliquod, cui postposita est, urgeat efferatque. Differunt tamen singuli scriptores inter se numero locorum, quibus *μὲν* solitarium quod dicitur, in usu est, quam maxime. Nam quum e. c. Aristophanes (cf. Wehr, quaestiones Aristophaneae. Pars prima. De particularum nonnullarum usu. Capita duo Gottingae MDCCCLXIX) quam saepissime *μὲν* solitario usus sit, neque raro apud Platonem (cf. Ast, lexicon Plat. II p. 302) ejusmodi *μὲν* exstet, non modo Aristoteles (cf. Bonitz, indic. Aristot. s. v. *μέν*) sed etiam Theophrastus *μὲν* solitarium fere numquam usurpavit. In omnibus enim libris historiae plantarum unus modo locus invenitur, quo *μὲν* particula, alia quae respondeat non sequente, vocem aliquam augeat acuatque; cf. IX, 4, 10 ubi Theophrastus postquam in eis quae antecedunt exposuit, myrrhae genera

duo esse, alterum stillatitium alterum fictilitium, his verbis pergit: *δοκιμάζεται δ' ἡ μὲν ἀμείνων τῇ γεύσει καὶ ἀπὸ ταύτης τὴν ὁμόχρων λαμβάνουσι,* ubi frustra aliam particulam adversativam, quae *μὲν* excipiat, quaeris, sed totam de myrrha inquisitionem institutam statim ita concludit: *περὶ μὲν οὖν λιβανωτοῦ καὶ σμύρνης σχεδὸν τοσαῦτα ἀκηκόαμεν ἄχρι γε τοῦ νῦν.* Idem valet de libris de caussis plantarum, qui, nisi fallor, excepto loco V, 4 3 nullum ejusmodi locum exhibent; cujus verba haec sunt: *ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα φυσικάς τινας ἀρχὰς τὰ μὲν ἐξ αὐτῶν τὰ δ' ἐκ τοῦ περιέχοντος ἔχει.* Denique et fragmenta et characteres singula exempla praebent cf. fgt. I, 13, 68 *μέγεθος μὲν γὰρ καὶ σμικρότης καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ μανὸν οὐ πρὸς ἕτερόν ἐστι.* et char. pag. 24 v. 3 (secundum editionem Fossianam, quam in afferendis locis ex characteribus desumptis sequor) *ὁ δὲ ἀνελεύθερος τοιοῦτός τις, οἷος νικήσας τραγῳδοῖς, ταινίαν ξυλίνην ἀναθεῖναι τῷ Διονύσῳ, ἐπιγράψας μὲν αὑτοῦ τὸ ὄνομα.*

Si igitur nihilominus his, quos attuli, locis comprobatur, *μὲν* solitarium aut affirmativum a Theophrasto alienum non esse, nullam video caussam cur Wimmerus I, 14, 2 (solis numeris libri historiae pl., littera C. praeposita libri de caussis pl. significantur) pro *μέν,* quod libri scripti atque editi praebent, *τὲ καὶ* particulas posuerit, eo minus, quum quod sciam *τὲ καὶ* particulae ea ratione qua apud Wimmerum leguntur nusquam ab Theophrasto usurpatae sint. Verba, ut ante Wimmerum legebantur haec sunt: *ἰδιωτάτη δὲ ἡ ἐκ τοῦ στελέχους ἔκφυσις ὥσπερ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ συκαμίνου· ταύτην γάρ φασι φέρειν ἐκ τοῦ στελέχους· οἱ δὲ ταύτης μὲν ἐκ τῶν ἀκρεμόνων ὥσπερ τὴν κερωνίαν,* quae constructio nihil habet, in quo offendamus, nisi id, quod hic locus paucis illis adnumerandus est, quibus *μὲν* affirmativum legis.

His praemissis jam in eam rationem inquiramus, qua particulae *μέν,* quae praecedit, ex altera parte aliae particulae respondent, quarum omnium maxime *δὲ* hoc munere fungi satis notum est. Priusquam tamen eos locos examinemus, quibus *μὲν* et *δὲ* inter se respondentes repe-

riuntur, pauca quae exstant exempla consideremus, ubi loco particulae *δὲ* aliae positae sunt.

Harum in numerum referenda est particula, quae est *μέντοι,* quam Theophrastus ut ceteri scriptores non adhibet, nisi eo consilio, ut majore quadam vi oppositionem indicet. Non possum vero jam hoc loco non commemorare, nonnullas particulas non modo in hoc libro saepius, in illo rarius in usum venisse, sed etiam in compluribus prorsus deesse. Etenim ut id quod modo dixi, exemplis particulae *μέντοι* demonstretur, haec vox neque in libris hist. pl. neque in fragmentis ullo loco legitur, sed praeter char. 30, 6 *Τούτου ὁ μὲν πατὴρ ἐξ ἀρχῆς Σωσίας ἐκαλεῖτο, ἐγένετο δ᾽ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος. ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφη [Σωσίδημος] ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενὴς Θρᾷττά ἐστι* sexies in libris de causs. pl., quorum duo ita comparati sunt, ut alteri membro, quod priori particula *μὲν* inducto respondet, *μέντοι* additum sit: cf. C. V, 14, 7 *ὡς δ᾽ἁπλῶς εἰπεῖν εὐπαθέστερος μὲν εἰς τὸ πάσχειν ὁ λεπτός· ὅταν μέντοι καταψυχθῇ ὁ παχύτερος ψυχρότερος, ὥςπερ καὶ θερμότερος·* et VI, 18, 4 *ἔστι μὲν δὴ καί τι γένος ἴσως ὃ μεταφυτευόμενον εἰς ἑτέρας χώρας οἷον Κύπρον Ῥόδον Κνίδον ἐμφαίνει τι τῆς δυνάμεως· οὐθὲν μέντοι αὐτῶν ἀλλὰ καὶ πλατυφυλλοτέρα γίνεται, λεπτὴ γὰρ ἐκείνη, καὶ τὴν εὐωδίαν οὐκ ἐγγὺς πρὸς ἐκείνην.*

Eadem ratione qua *μέντοι* Theophrastus particulam *ἀλλά,* praecedente voce *μέν,* usurpavit, quum omnibus locis, ubi *ἀλλὰ* hoc modo legimus gravior quaedam oppositio significetur. Quod ut exemplo illustrem affero IX, 8, 6 *ταῦτα μὲν καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις ταχ᾽ ἂν οὐκ ἀλλοτρίως δόξειεν λέγειν· ἐπισινεῖς γάρ τινων αἱ δυνάμεις. ἐξάπτειν γάρ φασιν ὥςπερ πῦρ καί κατακαίειν: ἐπεὶ καὶ ὁ ἐλλέβορος ταχὺ καρηβαρεῖν ποιεῖ καὶ οὐ δύνανται πολὺν χρόνον ὀρύττειν, δι᾽ ὃ καὶ προεσθίουσι σκόροδα καὶ ἄκρατον ἐπιπίνουσιν. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ὥςπερ ἐπίθετα καὶ πόρρωθεν οἷον τὴν παιωνίαν, οἱ δὲ γλυκυσίδην καλοῦσι, νύκτωρ κελεύουσιν ὀρύττειν.* Similiter comparati sunt loci qui sequuntur C. I, 4, 1; II, 7, 2 et Fgt. I, 15, 83.

Ex ceteris vero particulis, quae vice vocis *δὲ* fungi solent, *ἀτὰρ* numquam inveni nisi IX, 20, 3: *σπέρματι δ' οὐ χρῶνται· γίνεται δὲ καὶ ἄλλοθι μὲν ἀτὰρ καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ.* Quum de particula quae est *αὖ* infra disputaturus sim, *γὲ μὴν* autem apud Theophrastum oppositionem nusquam efficiant, transeamus ad vocabula *ἔπειτα, οὐ μὴν* et *οὐ μὴν ἀλλά,* quae perinde atque apud alios scriptores haud raro alterum membrum inferunt.

Atque ut exordiamur a particula *ἔπειτα,* hoc loco commemorare liceat, simplicem dicendi rationem, qua Theophrastus usus est, imprimis in formula *πρῶτον μὲν — ἔπειτα* animadverti posse. Etenim quum alii scriptores, ut Thucydides (cf. Herbst, Philol. XXIV p. 647) et Aristophanes (cf. Wehr, l. l. p. 29) omnibus quattuor formulis, quae in usu esse possunt, dico *πρῶτον μὲν — ἔπειτα δέ, πρῶτον μὲν — ἔπειτα, πρῶτον — ἔπειτα δὲ* et *πρῶτον — ἔπειτα* praebeant, Theophrastus uno loco excepto semper *πρῶτον μὲν — ἔπειτα* usurpavit, numero decies; cf. I, 6, 1 *Διαφέρουσι δὲ καὶ ταῖς μήτραις πρῶτον μὲν εἰ ἔνια ἔχει ἢ μὴ ἔχει καθάπερ τινές φασιν ἄλλα τε καὶ τὴν ἀκτήν· ἔπειτα καὶ ἐν τοῖς ἔχουσι·* Ceteri loci sunt II, 6, 6; VI, 2, 8, C. I, 3, 4 V, 13, 6 Fgt. I, 3, 12; — 3, 2; — 6, 37; — 13, 68; — 14, 70. Restat jam unus locus, qui a ceteris eo differt, quod *μὲν* post *πρῶτον* omissum est, cf. Fgt. I, 4, 25 *Τῶν δὲ μὴ τῷ ὁμοίῳ ποιούντων τὴν αἴσθησιν Ἀλκμαίων μὲν πρῶτον ἀφορίζει τὴν πρὸς τὰ ζῶα διαφοράν.* cui *πρῶτον* in eis quae sequuntur respondet: *ἔπειτα περὶ ἑκάστης λέγει.* Sed non difficile est ad intelligendum qua causa permotus Theophrastus *μὲν* omiserit. Quum enim *μὲν* particulam post nomen proprium *Ἀλκμαίων* posuisset, quam ea de causa poni necesse erat, ut lectoris animus statim animadverteret, Alcmaeoni in proximis alium hominem oppositum esse (quod fit initio §i 27: *Ἀναξαγόρας δὲ κτἑ)* alterum *μέν,* quod post *πρῶτον* exspectamus collocare supersedit, ne ejus, qui audit, aures voce *μὲν* dupliciter posita obtunderentur. Alio loco, in praefatione characterum (pag. 3, 24) exstat quidem *πρῶτον μέν,* cui formulae nihil in eis, quae sequuntur respondet; attamen quum hanc

praefationem ab Theophrasto scriptam non esse constet, satis habeo hunc locum attulisse.

Ne tamen quis miretur, cur Theophrastus a magistro nomine divine loquentis ornatus sit, pauca exempla liceat perlustrare, quae luculenter demonstrent, eum variandi studio pro formula „*πρῶτον μὲν — ἔπειτα*“ etiam aliis elocutionibus usum esse. Sic pro *ἔπειτα* scripsit C II, 14, 1 verba *δεύτερον δέ: Ὅμοιον γοῦν τούτῳ καὶ παραπλήσιον φαίνεται καὶ ὅσα διὰ τῆς θεραπείας ἀλλοιοῦται πρῶτον μὲν καὶ καθόλου πᾶσιν εἰπεῖν ἡμερούμενα δεύτερον δὲ ἐν τῷ τόπῳ.* Pari modo est comparatus locus, quem legis C V, 1, 2, ubi formulam *πρῶτον μὲν* in proximis §§ excipiunt verba *δεύτερον δὲ* et *τρίτον δέ.* Interdum locum particulae *ἔπειτα* tenent verba *μετὰ δὲ ταῦτα,* ut III, 5, 1: *πρῶτον μὲν ἄκρου ἔαρος εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ Θαργηλιῶνος, ἐν δὲ τῇ Ἴδῃ περὶ πεντεκαίδεκα μάλιστα ἡμέρας· μετὰ δὲ ταῦτα διαλιπόντα περὶ τριάκοντα ἢ μικρῷ πλείους ἐπιβάλλεται πάλιν ἄλλους βλαστοὺς κτἑ,* cui loci addi potest V, 1, 8, qui ab illo eo differt, quod *μὲν* pone *πρῶτον* positum non est. Hoc etiam paucis aliis locis invenitur, ubi *πρῶτον* sequitur *εἶτα,* ut I, 5, 1 *Πειρατέον δ' εἰπεῖν τὰς κατὰ μέρος διαφορὰς ὡς ἂν καθόλου λέγοντας πρῶτον καὶ κοινῶς, εἶτα καθ' ἕκαστον, ὕστερον ἐπὶ πλεῖον ὥςπερ ἀναθεωροῦντας;* quo addere velis III, 17, 2 et char. p. 3, 26.

Formulae vero, quae sunt *οὐ μὴν* et *οὐ μὴν ἀλλὰ* saepius *μὲν* excipiunt, imprimis quam altero loco collocavi non minus quam quadraginta locis exstat, quum *οὐ μὴν* hoc modo usurpatum bis tantum, nisi fallor, deprehendatur; cf. I, 13, 4 *ἄλλα δὲ ἰδιωτέρας οἷον ὁ κιττὸς καὶ ἡ συκάμινος· ἐν αὐτοῖς μὲν γὰρ ἔχει τοῖς ὅλοις περικαρπίοις οὐ μὴν οὔτε ἐπ' ἄκροις οὔτε περιειληφόσι καθ' ἕκαστον ἀλλ' ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον.* Praeterea *οὐ μὴν* vidi IV, 7, 2, quum *οὐ μὴν ἀλλὰ* his locis legatur II, 6, 9 *ἔστι δὲ ὁ φοῖνιξ ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν μονοστέλεχες καὶ μονοφυές· οὐ μὴν ἀλλὰ γίνονταί τινες καὶ διφυεῖς ὥςπερ ἐν Αἰγύπτῳ, καθάπερ δικρόαν ἔχοντες,* III, 3, 7; — 4, 3; — 7, 3; IV, 5, 7; — 7, 8; — 8, 2; — 8, 8; — 13, 1; — 16, 3; V, 7, 5; — 7, 7; VIII, 6, 1; C I, 1, 4; — 4, 1; — 5, 1; — 10, 1; — 12,

4; — 12, 10; — 13, 4; — 16, 4; — 17, 4; — 18, 3; II, 3, 1; — 7, 4; III, 2, 5; — 6, 6; — 14, 2; IV, 2, 1; — 6, 4; V, 10, 5; VI, 3, 4; — 19, 4; Fgt. I, 1, 3; — 2, 5; — 8, 41; — 9, 47; — 13, 64; — III, 3, 24; — 3, 26; IV, 2, 5; — 3, 7; V, 8, 48.

Hic vero jam paucos qui exstant locos addere liceat, ubi *μὲν* neque per se positum est neque alii particulae adversativae respondet, sed per anacoluthiam quandam particulis copulativis excipitur, quae sunt *τὲ* et *καί.* Ratio vero, qua *τὲ* et *καὶ* particulam *μὲν* sequuntur quum satis superque a grammaticis explanata atque exemplis ex aliis scriptoribus desumptis illustrata sit, sufficiat duo exempla Theophrastea transcribere, quorum prius legitur II, 4, 2 *καὶ ταῦτα μὲν ἔοικε χώρας τε μεταβολῇ καὶ θεραπείᾳ γίνεσθαι· καὶ ἔνια ἀμφοτέροις τὰ δὲ τῇ θεραπείᾳ μόνον,* ubi pro *καὶ* ante verbum *ἔνια* exspectamus *δέ,* quod particulae *μὲν* post *ταῦτα* collocatae respondeat. Neque aliter judicandum est de C III 11, 3: *τῇ δὲ ἐπόμβρῳ προςφορώτατον τὸ γένος ἅτε πολλῆς τροφῆς δεόμενον καὶ μεγάλης ἀφαιρέσεως γινομένης, ὁ ἥλιος ἐξάγει γάρ, τοσούτῳ μᾶλλον ἐπιδίδωσι καὶ εἰς μέγεθος καὶ εἰς εὐκαρπίαν ἄφθονον μὲν τροφὴν ἔχουσα ταύτης τε κατακρατοῦσα καὶ πέττουσα ῥᾳδίως.*

Transitum vero ad particulam *δὲ* voci *μὲν* respondentem ei loci faciant, ubi *μὲν* ita iteratum est, ut unum *δέ,* quod sequitur ad utrumque *μὲν* referendum sit. Interdum enim fit, ut Theophrastus postquam prius membrum per particulam *μὲν* inductum scripsit, non statim oppositionem sequentem faciat, sed eis, quae in illo membro dixit permoveatur, ut satis longam explicationem addat. Cujus expositionis si finem facit, particulam *μέν,* cui saepius *οὖν* additur, repetit, cui in eis, quae sequuntur, *δὲ* respondet. Quam quidem dicendi rationem ut exemplo manifestam reddam, afferam IV, 10, 2, quo capite plantas lacus Orchomenii exponit, § 1 eas enumerans; quod postquam fecit, § 2 ad descriptionem singularum plantarum se convertens primum de natura virgulti, cui Graeci nomen „*ἐλαίαγνος*“ imponunt, his verbis disputat: *ἔστι δὲ ὁ μὲν ἐλαίαγνος φύσει μὲν θαμνῶδες καὶ παρόμοιον τοῖς ἄγνοις, φύλλον*

δὲ ἔχει τῷ μὲν σχήματι παραπλήσιον μαλακὸν δὲ ὥςπερ αἱ μηλέαι καὶ χνοῶδες. ἄνθος δὲ τῷ τῆς λεύκης ὅμοιον ἔλαττον· καρπὸν δὲ οὐδένα φέρει. φύεται δὲ ὁ πλεῖστος μὲν ἐπὶ τῶν πλοάδων νήσων· εἰσὶ γάρ τινες καὶ ἐνταῦθα πλοάδες ὥςπερ ἐν Αἰγύπτῳ περὶ τὰ ἕλη καὶ ἐν Θεσπρωτίδι καὶ ἐν ἄλλαις λίμναις ἐλάττων δὲ καθ' ὕδατος· His expositis addit „*ὁ μὲν οὖν ἐλαίαγνος τοιοῦτον*“, ubi apparet *μὲν* nihil aliud esse quam repetitionem prioris, cui initio §i tertiae *δὲ* respondet, quo scriptor ad novam aliquam rem transit. Eodem modo res se habet IX, 15, 1—4, quo capite loca plantarum medicarum fertilia percurrit, duas in classes ea distribuens in „*τόποι ἔξω τῆς Ἑλλάδος*“ et „*τόποι περὶ τὴν Ἑλλάδα.* Priorem classem describit §§ 1—4, ubi *μέν,* quod primo membro insertum est (*Φαρμακώδεις δὲ δοκοῦσιν εἶναι τόποι μάλιστα τῶν μ ὲ ν ἔξω τῆς Ἑλλάδος οἱ περὶ τὴν Τυρρηνίαν κτἑ)* excipitur sub finem §i tertiae *(τῶν μὲν οὖν ἔξω τόπων οἱ φαρμακωδέστατοι οὗτοι)* cui initio §i 4 *δὲ* particula respondens ad alteram classem transitum facit. Haec quae descripsi exempla sufficiant ad usum particulae *μὲν* repetitae illustrandum; qui plura desiderat conferre velit Fgt. I, § 25—27: *Ἀλκμαίων μὲν* — *Ἀλκμαίων μὲν οὖν* — *Ἀναξαγόρας δέ;* porro § 46—49 *Διογένης μὲν οὖν* — *Διογένης μὲν οὖν* — *Δημόκριτος δέ;* — § 73—74 *λευκὸν μὲν οὖν* — *τὸ μὲν οὖν λευκὸν* — *τὸ δὲ μέλαν* et ibidem *ἁπλᾶ μὲν* — § 76 *τὰ μὲν οὖν ἁπλᾶ χρώματα* — *ἕκαστον δέ.*

His vero cum locis non ei sunt confundendi, ubi *μὲν* post pronomen relativum positum repetitur post pronomen demonstrativum, quem usum neque ab Aristotele alienum esse ostendit Bonitzius (ind. Aristot. p. 454a 23). Theophrastus quidem tribus locis *μὲν* hac ratione usurpavit, ut IV, 13, 3 *ᾗ μὲν γὰρ ἀεὶ τὰ μέρη τὰς αὐξήσεις καὶ φθίσεις φαίνεται παραλλάττοντα καὶ ἔτι τὰς διακαθάρσεις τὰς ὑπ' αὐτῶν, ταύτῃ μὲν ἂν δόξειε ταὐτὸν εἶναι,* C I, 17, 1 *ὧν μὲν* — *ταῦτα μέν,* denique Fgt. IV, 4, 56 *ὅσαι μὲν* — *αὗται μέν.*

Jam sequantur particulae *μὲν* et *δὲ* inter se respondentes, quarum usus non aliter atque apud alios scriptores

tam varius et multiplex est, ut satis habeam eos tantum locos, qui aliquid mentione dignum praebeant, in censum vocasse.

Atque ut primum eos locos percurramus, ubi singula verba his particulis inter se opposita significantur, nomina propria haud frequenter illis aucta atque elata inveniuntur; sunt enim hi pauci, qui sequuntur: III, 1, 4 *Ἀναξαγόρας μὲν — Διογένης δέ*, C V, 10, 3 *ἐν Μιλήτῳ μὲν — ἐν Τάραντι δέ*, Fgt. I, 4, 26 *Ἀλκμαίων μὲν — Ἀναξαγόρας δέ;* saepius vero *μὲν* et *δὲ* ad efferenda duo nomina appellativa atque abstracta inserviunt, ut C VI, 1, 1 *χυμὸς μὲν — ὀσμὴ δέ*, quae verba eodem modo comparata legis ejusdem libri cap. 5, 6; porro C VI, 18, 9 *μήκη μὲν — πάχη δ' οὔ;* — 20, 4 *χειμῶνος μὲν — θέρους δ' αὖ*, quibus locis complures ex Fgtis desumpti subjungantur, ut I, 15, 85 *ὕδατος μὲν — ἀέρος δέ; καπνὸν μὲν — ὁμίχλην δέ;* II, 1, 1 *ὕδατος μὲν — γῆς δέ;* — 4, 24 *μῆκος μὲν — πλάτος δέ; μῆκος μὲν — εὖρος δέ;* III, 4, 34 *ἄνθραξ μὲν — φλὸξ δέ;* V, 2, 13 *ὄμβρων μὲν — χιόνων δέ;* — 3, 20 *θέρους μὲν — χειμῶνος δέ* quae eadem verba, ordine mutato, inveniuntur VI, 3, 46; denique ibid. 4, 52 *χειμῶνος μὲν — εὐδίας δέ.*

Sed missa haec faciamus; convertamur potius ad eos locos, quibus eadem verba ante particulas *μὲν* et *δὲ* posita anaphorae figuram efficiunt, quorum omnium maxime articulus, haud raro vi pronominis demonstrativi praeditus, nominetur oportet. Etenim in omnibus scriptis *μὲν* et *δὲ* articulum tam frequenter sequuntur, ut e. c. primo libro pl. plus centies haec figura deprehendi possit neque ullus fere casus sit, quin anaphoram efficiat. Sic legitur *ὁ μὲν — ὁ δὲ* I, 2, 7; *τοῦ μὲν — τοῦ δὲ* IV, 4, 11; *τῷ μὲν — τῷ δὲ* III, 9, 6; *τὸν μὲν — τὸν δὲ* III, 18, 10; *ἡ μὲν — ἡ δὲ* I, 1, 6; *τῆς μὲν — τῆς δὲ* III, 9, 2; *τῇ μὲν — τῇ δὲ* III, 2, 2; *τὴν μὲν — τὴν δὲ* III, 19, 2; *τὸ μὲν — τὸ δὲ* I, 9, 4; *οἱ μὲν — οἱ δὲ* I, 5, 3; *αἱ μὲν — αἱ δὲ* I, 1, 1; *τὰ μὲν — τὰ δὲ* I, 1, 1; *τῶν μὲν — τῶν δὲ* I, 5, 2; *τοῖς μὲν — τοῖς δὲ* I, 10, 7; *τοὺς μὲν — τοὺς δὲ* III, 2, 2; *ταῖς μὲν — ταῖς δὲ* C II, 8, 5; *τὰς μὲν — τὰς δὲ* II, 7, 7.

Imprimis commemorandum est, apud Theophrastum

saepissime hanc figuram neutro pluralis formari; quod si fit, haud raro primam formulam *τὰ δὲ* complures aliae ejusdem generis sequuntur; quam repetitionem dicendi rationi eorum librorum, qui nobis traditi sunt, quam optime convenire in aprico est. Etenim ubicunque Theophrastus singulas plantas exponere studet, initio hujus expositionis omnia genera aut omnes species plantarum, quae certo cuidam generi adnumerandae sunt, enumerat, priusquam de unaquaque uberius disserat: cf. I, 4, 2. *διῄρηται δὲ ἄλλο κατ' ἄλλο γένος τῶν ὑγρῶν, ὥστε τὰ μὲν ἐν τέλμασι τὰ δὲ ἐν λίμναις, τὰ δ' ἐν ποταμοῖς τὰ δὲ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ θαλάττῃ φύεσθαι κτἑ.*

Huic anaphorae numero locorum quidem prorsus contraria est, quae substantivis efficitur, quod cur miremur non habemus, si nobiscum collocationem harum particularum, de qua infra pauca afferenda sunt, reputamus. Duo enim ejusmodi loci apud Theophrastum exstant, cf. C III, 11, 1 *κατὰ φύσιν μὲν — παρὰ φύσιν δέ,* quae eadem verba leguntur C V, 11, 1. Idem fere, quod de substantivo, valet de verbo, quum nullum locum, ubi verbo alicui hae particulae additae sunt, invenerim, nisi III, 2, 2 *θεραπευόμενον μὲν — θεραπευόμενον δέ.*

Ex numeralibus vero et adjectivis numeralibus vox *δύο* semel et *ἔνια* bis anaphoram formant cf. III, 16, 1 *δύο μὲν — δύο δέ;* C I, 10, 2 *ἔνια μὲν — ἔνια δέ,* quae verba etiam legis VI, 13, 3. Saepius vero vox quae est *ὅσος* ita usurpata est, maxime neutrum pluralis, *ὅσα μὲν — ὅσα δέ,* ut I, 13, 4; — 14, 4 C I, 20, 1; II, 8, 1; VI, 1, 4, — 15, 2; Fgt. I, 2, 8; porro *ὅσαι μὲν — ὅσαι δὲ* leguntur IV, 14, 12; IX, 14 3; *ὅσους μὲν — ὅσοις δὲ* Fgt. I, 2, 11; — 5, 29; quibus exemplis duo habeo quae subjiciam, ubi *ὧν μὲν — ὧν δὲ* deprehenduntur cf. C III, 11, 2, Fgt. I, 2, 11; denique *ἃ μὲν — ἃ δὲ* exstant Fgt. VI, 1, 1.

Jam videamus anaphoram adverbiis, conjunctionibus, praepositionibus formatam, quorum verborum *ὅπου* his locis hanc figuram efficit: cf. III, 1, 2; IV, 3, 5; VI, 8, 1; C I, 11, 5; Fgt. V, 7, 43; porro *ἔνθα:* IV, 3, 5; V, 8, 1; C I, 19, 1; II, 17, 2; V, 6, 12; VI, 6, 9; — 12, 1; —

20, 1; Fgt. IV, 14, 66; ἔνθεν non legitur nisi C II, 17 2; neque vero saepius πότε: cf. Fgt. V, 3, 18; ἅμα: V, 8, 1; Fgt. I, 13, 69; IV, 4, 16; ὡς: C V, 4, 1; VI, 1, 2; Fgt. IV, 3, 8; denique ἐνιαχοῦ C IX, 4, 4, — 18, 10; C V, 14, 2; Fgt. V, 7, 38.

Conjunctionum vero primum locum tenet ἐάν, qua Theophrastus undecies anaphoram conformat: cf. I, 9, 1; VI, 14, 10; VIII, 10, 4; IX, 11, 6; C, III, 14, 4; V, 10, 1; VI, 11, 15; — 16, 8; Fgt. VI, 2, 32; — 3, 43; IX, 28, quum εἰ septies hac ratione in usum venerit, cf. I, 1, 2; C II, 9, 11; VI, 8, 1; — 10, 4; Fgt. I, 3, 13; — 14, 82; XII, 16. Neque tamen semper eadem formula ab Theophrasto iterata est, sed nescio an quodam variandi studio uno quidem loco pro ἐάν, quod exspectamus, εἰ δὲ scripta invenimus, cf. II, 5, 3; praeter ἄν vero, quod VIII, 7, 4 anaphoram efficit, ὅταν conjunctio ter quidem ita exstat. III, 7, 2; IX, 2, 4; Fgt. I, 8, 43.

Restat ut percurramus locos, ubi praepositiones ante μὲν et δὲ repetitae sunt, ut ἀπὸ his locis: VIII, 2, 1; C I, 2, 3; IV, 7, 4; VI, 18, 9; Fgt. III, 4, 36; — 13, 73; ἐν: I, 2, 3; — 6, 2; — 10, 6; III, 3, 1; — 11, 5; V, 5, 3; — 9, 7; VII, 9, 2; VIII, 4, 5; IX, 2, 1; C I, 8, 3; — 18, 2; II, 18, 1; III, 11, 1; Fgt. V, 4, 26; VII, 15; — 18; IX, 2; ἐκ: I, 14, 1; II, 2, 5; VII, 4, 11; C V, 9, 3; Fgt. III, 9, 63; περί: III, 13, 7; — 15, 2; C V, 12, 2; Fgt. I, 20; II, 12 κατά: II, 2, 10; C I, 5, 3; εἰς: Fgt. IV, 5, 25; πρός: IX, 18, 8.

Omnes enuntiationes, quas adhuc perlustravimus, ita comparatae sunt, ut μὲν particulam semel positam in iis, quae sequuntur, δὲ excipiat; interdum vero perinde atque apud alios scriptores accidit, ut Theophrastus in eodem enunciato μὲν dupliciter posuerit, quorum posterius tantum in hoc enuntiato δὲ habet, quod praeparet. Quod si fit, ratio ea est, ut prius μὲν ad totum enuntiatum spectet, alterum vero μὲν ad eam vocem, quae alii, cui δὲ est additum, oppositum est. Hunc vero usum, quem H. Sauppius (epist. crit. p. 29) exemplis ex aliis scriptoribus desumptis illustrat, paucis, qui inveniuntur, locis Theophrasteis

manifestum reddere liceat, cf. III, 8, 1 *ἡ μὲν κοινὴ πᾶσιν ᾗ διαιροῦσι τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν, ὧν τὸ μὲν καρποφόρον τὸ δὲ ἄκαρπον ἐπί τινων.* C I, 11, 7 *ἐπιβλαστάνει μὲν γὰρ τὰ μὲν ἅμα τοῖς ἄστροις, τὰ δὲ καὶ ἀορίστως ὥςπερ καὶ ἄμπελος* et C III, 6, 5 *ὁ μὲν γὰρ λίθος ὁ μὲν πλατὺς καὶ συμφυὴς βλάπτει τὰ δένδρα ὁ δὲ τρόχμαλος ὑποκάτω τεθεὶς ψῦχος τε παρέχεται τὸ θ' ὕδωρ δέχεται καὶ ταῖς ῥίζαις εὐδίοδον ποιεῖ τὸν τόπον.*

Huc etiam referri potest C V, 13, 6 *πρῶτον μὲν ὅτι ἡ μὲν οὐκ ἐπιμένει, ἀλλ' ἀποτήκεται ἀπὸ τῶν κλημάτων καὶ τῶν βλαστῶν, ἡ δὲ πάχνη ταῦτ' ἀποκάει ἔπειτα καὶ ἡ διάθεσις αὐτὴ τοῦ κλήματος* ubi prius *μὲν* non excipitur nisi voce *ἔπειτα* enuntiati, quod sequitur, cui loco complures similiter comparati sunt, quibus eadem ratione *μέν,* quod primo loco positum est, particulae *δὲ* enuntiati proximi respondet, ut VI, 4, 2 *ὁ μὲν σκορπίος ἐν τῷ σαρκώδει τῷ ἐποιδοῦντι τῷ ὑπὸ τὸ ἄκρον τῆς ἀκάνθης ἔχων τὸ ἄνθος ἐξ ἀρχῆς μὲν λευκὸν ὕστερον δ' ἐπιπορφυρίζειν. ὁ δὲ ἀσφάραγος ἐκφύων παρὰ τὰς ἀκάνθας κορυνῶδες μικρὸν κτέ;* praeterea conferre velis VI, 6, 2, VIII, 5, 3; IX, 16, 7, C I, 1, 3; — 11, 3; — 13, 8; — 20, 1; V, 8, 1.

Priusquam vero ad particulas cum *μὲν* conjunctas accedam, non silentio praeterierim, particulis *μὲν* et *δὲ* saepius mirum in modum compluria membra inter se connecti, de quibus infra, ubi de *δὲ* particula agam, pauca afferantur oportet.

Transeamus igitur ad eam rationem paullo accuratius inquirendam, qua aliae particulae cum *μὲν* conjunctae apud Theophrastum inveniuntur. Harum vero sine dubio primum locum tenet particula *οὖν,* quae frequentissime voci *μὲν* adnexa invenitur, qua re non alienum est, formulam *μὲν οὖν* de qua praeter Hartungium (Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache II, p. 16), Klotzium (ad Devarium II, p. 662) accuratissime Bäumleinius disputat; quocum conferre velis, quae Bonitzius (ind. Aristot. 454[a] 31 sqq.) disserit. Particulae *μὲν οὖν* ut ab Aristotele ita a Theophrasto duplici modo usurpari solent, quorum alter,

quod primo obtutu quam maxime mirum esse videtur, alteri prorsus contrarius est.

Priore enim loco et id quidem saepissime *μὲν οὖν* ita usurpantur, ut ea, quae antecedunt comprehendant concludantque, quo facto particula *δὲ* ad novam aliquam rem transitus fieri solet. Huic usui consentaneum est, has particulas imprimis ejusmodi verbis addi solere, quibus longior expositio quae antecedit, in unum enuntiatum contrahitur, ut pronomini demonstrativo, cf. I, 1 6 *ταῦτα μὲν οὖν διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον;* — 2, 2 *ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ διῃρήσθω;* — 6, 12 *ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ ληπτέα;* II, 2, 6 *ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ἡμερωμένοις;* ibid. § 10 *ταῦτα μὲν οὖν ὡς μυθωδέστερα δεῖ δέχεσθαι;* § 12 *ταῦτα μὲν οὖν ὁποτέρως δεῖ λαβεῖν οὐθὲν ἂν διαφέροι;* praeterea huc pertinent: II, 4, 1; — 5, 6; ibid. § 7; — 6, 12 bis; — 7, 3 et 5 bis; ibid. § 7; — 8, 1; III, 1, 2; ibid. § 6; — 4, 5; — 5, 4; — 6, 3; ibid. § 4; — 7, 6; — 9, 4; ibid. § 8; — 16, 6; IV, 1, 3; — 4, 1; ibid. § 12; — 5, 3; — 6, 4; ibid. § 9; — 10, 3; ibid. § 6; — 11, 1; — — 13, 4 et 6; — 16, 5 et saepius. Aliis locis verbis quae sequuntur indicatur, particulas ea, quae scriptor antea exposuit concludere, ut I, 2, 4 *ἡ μὲν οὖν τῶν μεγίστων σχεδὸν εἴρηται;* — 10, 8 *αἱ μὲν οὖν διαφοραὶ τῶν φύλλων κοινοτέρως πᾶσαι εἴρηνται καὶ σχεδόν εἰσιν ἐν τούτοις;* quo accedunt hi qui sequuntur loci, ubi idem verbum *εἰπεῖν* particulas *μὲν οὖν* sequuntur: II, 1, 4; — 6, 8; III, 18, 13; IV, 11, 9 — 16, 6 et saepius. Praeterea addiderim exemplum verbi *θεωρεῖν:* IV, 1, 1 *Αἱ μὲν οὖν διαφοραὶ τῶν ὁμογενῶν τεθεώρηνται πρότερον* et verbi *λέγειν:* III, 6, 5 *οἱ μὲν οὖν περὶ Ἀρκαδίαν οὕτω λέγουσιν,* ubi non modo „*λέγουσιν*“, sed etiam vox „*οὕτω*“ significat, hoc enuntiato ea quae antecedunt comprehendi. Saepius vero hoc idem adverbium demonstrativum *οὕτω* invenitur, ubi *μὲν οὖν* sequitur, ut I, 4, 3 *τὰς μὲν οὖν διαιρέσεις καὶ ὅλως τὴν ἱστορίαν τῶν φυτῶν οὕτω ληπτέον,* porro III, 2, 4; — — 4, 2; — 8, 7; — 18, 11 et saepius. Omnium vero maxime pronomen demonstrativum, ut jam vidimus, ad inquisitionem comprehendendam aptum est, qua re hoc pro-

nomen plurimis locis *μὲν οὖν* particulas, nonnullis aliis verbis interjectis, sequitur, ut I, 1, 2 *αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι σχεδόν εἰσιν αὗται;* porro — 2, 1; — 6, 12; — 9, 3; — 13, 5; — 14, 3; II, 3, 3; — 4, 4; — 6, 2; III, 1, 6; — 4, 6; — 6, 5; — 8, 6 et 7; — 9, 6; IV, 2, 2 et 4; — 4, 14; — 6, 2; — 8, 4 et 8 et 14; — 9, 12; — 11, 3 et 7; — 12, 3; — 14, 9.

Eo magis, ut jam dixi, mirum esse videri potest, quod eaedem particulae haud raro ita usurpantur, ut nova aliqua enuntiatio eis inferatur. Omnibus vero his locis, ubi ad ea, quae sequuntur spectant, ad singula membra artius conjungenda inserviunt. Etenim si accuratius locos, ubi *μὲν οὖν* hac ratione usurpatae reperiuntur, spectamus, effugere nos non potest, omnes ita esse comparatos, ut res his particulis elata in eis, quae antecedunt jam commemorata sit. Hanc dicendi rationem ut lucentius ante oculos ponam, affero I, 1, 2 quo capite de differentiis plantarum, partium definitione, natura et divisione agit. Postquam § 1 exposuit plantarum differentias atque omnem naturam explicandam esse secundum partes, affectus et generationis vitaeque modos, § 2 primum ad partes transit his verbis: *τὸ μὲν οὖν μέρος ἅτε ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως ὂν ἀεὶ δοκεῖ διαμένειν ἢ ἁπλῶς ἢ ὅταν γένηται, καθάπερ ἐν τοῖς ζώοις τὰ ὕστερον γενησόμενα, πλὴν εἴ τι διὰ νόσον ἢ γῆρας ἢ πήρωσιν ἀποβάλλεται.* Quam saepe vero *μὲν οὖν* particulae hoc modo usurpatae sint jam ex eo intelligi potest, quod in primis quattuor libris historiae pl. triginta loci hunc usum praebent.

Neque vero a re alienum esse puto, si jam hoc loco ea exempla adduntur, ubi *μὲν* cum *δὴ* particula sociatum exstat, quia formulam *μὲν δὴ* non aliter atque *μὲν οὖν,* duplici modo in usu esse constat. Qua quidem in re Theophrastum prorsus cum Aristotele consentire, docet Eukenius (l. l. p. 46) et Bonitzius (ind. Arist. s. v. *δή).* Priore enim significatione hae particulae conjunctae uberiorem expositionem concludunt, cum particula *δέ,* quae sequitur, nova aliqua res inducatur; qua re etiam *μὲν δὴ* particulae ejusmodi verbis antecedunt aut postposita sunt,

quibus finis inquisitionis indicatur, ut pronomini demonstrativo: cf. I, 5, 4 *αὗται μὲν δὴ δόξαιεν ἂν ἐξ ὧν ἡ σύνθεσις;* VII, 2, 3 *καὶ αὗται μὲν δὴ πᾶσι φανεραὶ διὰ τὴν χρείαν;* IX, 1, 7 *καὶ τοῦτο μὲν δὴ κοινόν.* C III, 14, 7 *κοινοτάτην μὲν δὴ ταύτην εἶναι πάσαις;* C IV, 6, 7 *συμβαίνει μὲν δὴ τοῦτο καὶ πολὺ προτερεῖ τῶν κριθῶν κτέ;* 11, 10 *καὶ ταῦτα μὲν δὴ κοινά πως τῆς φύσεως;* C V, 6, 11 *καὶ ταῦτα μὲν δή τι θαυμαστὸν ἔχει καὶ ἔνια δοκεῖ καὶ παρὰ φύσιν.*

Altera vero ratione Theophrastus *μὲν δὴ* ita usurpat, ut, quum de compluribus rebus dicturus sit, eam, quam primo loco ponit, his particulis urgeat augeatque, cf. III, 11, 1 *Τῆς δὲ σφενδάμνου καθάπερ εἴπομεν δύο γένη ποιοῦσιν, οἱ δὲ τρία· ἓν μὲν δὴ τῷ κοινῷ προςαγορεύουσι σφένδαμνον, ἕτερον δὲ ζυγίαν, τρίτον δὲ κλινότροχον ὡς οἱ περὶ Στάγειρα,* praeter quem locum tribus aliis quidem locis *μὲν δὴ* hunc usum prae se ferunt, cf. VII, 7, 1; C I, 15, 3 et VI, 18, 4.

Haud raro tamen munere particularum *μὲν οὖν* et *μὲν δὴ* sola particula *μὲν* fungitur, ita ut, ubi alterutram formulam exspectamus, *μέν,* nulla alia particula addita, inveniatur. Attamen cum eam rationem, qua *μὲν* per se posito nova aliqua res infertur, exemplis Theophrasteis illustrari plane supervacaneum sit, alteram ad demonstrandam unum quidem locum afferam, cf. I, 1, 12 quo capite, ut jam supra dictum est, de plantarum partibus sermo est; has vero postquam multis verbis exposuit, finem hujus disputationis hoc modo facit: *καὶ τὰ μὲν μέγιστα μέρη σχεδὸν ταῦτά ἐστιν;* — 7, 3 *ἀλλὰ δὴ τὰς μὲν τῶν ῥιζῶν διαφορὰς ἐκ τούτων θεωρητέον.* — 9, 7 *καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν φυλλοβολίαν οὕτως ἔχει.* porro — 11, 6; II, 4, 2; III, 7, 3; IV, 3, 7; — 4, 9; — 6, 7; — 6, 10; — 7, 8; — 11, 13 saepiusque.

Omnibus vero his locis huic *μὲν* in eis, quae subsequuntur *δὲ* particula respondet, quemadmodum apud *μὲν οὖν* et *μὲν δὴ* fieri vidimus. Quae res quum ita se habeat, non possum non mirari, Wimmerum initio capitis octavi libri I *δὲ* particulam ante verbum *δένδρων* (*Τῶν δέν-*

δρων τὰς τοιαύτας ἄν τις λάβοι διαφοράς.) non inseruisse, quam facillime ab librario aliquo litterarum causa, quae sequuntur omitti potuisse, vix est quod dicam.

Transeamus jam ad describendum usum particulae *δέ*, de cujus origine et significatione primaria quae grammatici disputaverunt Bäumleinius l. l. p. 88 sq. congessit atque inter se comparavit nec non suam ipsius sententiam addidit. Quum vero singulorum hominum doctorum sententiae ita inter se discrepent atque dissentiant ut difficile sit dictu, quae propius ad verum accedat, statim ad Theophrastum convertamur.

Attamen quacunque ex radice particula *δὲ* profecta est, id neminem puto fugere posse, hanc particulam non semper eam vim adversativam, quam ei tribuere solemus, exhibere, sed haud raro tam leniter novi aliquid inferre vel addere, ut eadem fere vi praedita esse videatur qua *τὲ* particula. Quam quidem rem ita se habere non difficile est ad demonstrandum. Primum enim jam Eukenius l. l. p. 13, ubi de particula *τὲ* disputat, hanc particulam saepius ab Aristotele ita usurpari docet, ut aliae particulae, ut *ἔτι δέ, ὁμοίως δὲ καὶ* illius locum teneant. Quos quidem locos qui diligentius perlustraverit, facile sibi persuadebit, ubicunque *δὲ* particulam non tam vim adversativam praebere quam magis accedere ad copulativae particulae *τὲ* significationem. Illae fero formulae non modo saepissime apud Theophrastum inveniuntur, sed, quod gravioris est momenti, aliquotiens etiam particulas *καὶ ἔτι* eadem vi usurpatas invenimus, qua *ἔτι δέ,* cf. II, 5, 1 *Ἐπεὶ δὲ καὶ αἱ ἐργασίαι καὶ αἱ θεραπεῖαι μεγάλα συμβάλλονται καί ἔτι πρότερον αἱ φυτεῖαι καὶ ποιοῦσι μεγάλας διαφοράς, λεκτέον καὶ περὶ τούτων,* et ibid. 6, 11 *πολλοὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Κρήτῃ γίνονται καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν Σικελίᾳ* et saepius.

Hanc vero vim copulativam non minus mihi eis locis deprehendere visus sum, ubi vox quaedam ea de causa particula *δὲ* addita repetitur, ne eum, qui audit vel legit, scriptoris sententia fugiat fallatque, ut I, 1, 9 *ἔστι δὲ ῥίζα μὲν δι᾽ οὗ τὴν τροφὴν ἐπάγεται. καυλὸς δὲ εἰς ὃ φέρεται. καυλὸν δὲ λέγω τὸ ὑπὲρ γῆς πεφυκὸς ἐφ᾽ ἕν,* ubi *δὲ* verbo

Germanico „nemlich“ respondet neque vero particulae adversativae „aber“. Quae vis multis aliis locis in δὲ inest, ubi verbum „λέγειν“ vel „καλεῖν“ subsequitur, cf. I, 1, 2 ἔστι δὲ ἕκαστον τῶν εἰρημένων οὐχ ὁμοιομερές· λέγω δὲ ὁμοιομερὲς ὅτι ἐκ τῶν αὐτῶν μὲν ὁτιοῦν μέρος σύγκειται τῆς ῥίζης καὶ τοῦ στελέχους κτέ. porro: — 8, 1 et 4; — 13, 2; III, 9, 1, 5, 6 saepiusque.

Imprimis vero pro nobis faciunt particulae καὶ — δὲ conjunctae, in quibus sociatis grammatici frequenter offenderunt, quod una particula ex eorum sententia alteri contraria esse videbatur. Attamen si eam quam statuimus significationem tenemus, non est cur hanc particularum conjunctionem admiremur, quamquam non infitiandum est, omnibus his locis particulâ δὲ rem aliquam, quae voce καὶ cum proximis conjungitur, non prorsus eandem atque priorem esse significari, sed novi aliquid in se habere, cf. I, 2, 1 Ἄλλα δὲ ἐξ ὧν ταῦτα φλοιὸς μήτρα ξύλον, ὅσα ἔχει μήτραν· πάντα δ' ὁμοιμερῆ. καὶ τὰ τούτων δὲ ἔτι πρότερα καὶ ἐξ ὧν ταῦτα ὑγρὸν ἴς φλὲψ σάρξ; ibid. § 2 ὅσα δὴ ἐπετειόκαρπα καὶ ὅσα διετίζει καθάπερ σέλινον καὶ ἄλλ' ἄττα καὶ ὅσα δὲ πλείω χρόνον ἔχει τούτοις ἅπασι καὶ ὁ καυλὸς ἀπολουθήσει κατὰ λόγον· Quum vero jam Eukenius l. l. p. 32 adnotaverit, Theophrastum frequentissime has particulas conjunxisse et recte observaverit, imprimis librum characterum multitudine exemplorum insignem esse, qui septuaginta locis hanc conjunctionem praebeat, restat ut addam καὶ — δὲ in libris hist. pl. fere centies, in libris de causs. pl. quinquagies, in fragmentis duodecies fere inveniri.

Multo magis vero quam καὶ — δὲ homines doctos formula οὐδὲ — δὲ exercuit, quae ut apud Aristotelem ita apud Theophrastum rarissime in usum venit. Hic enim duobus tantum locis, nisi fallor, οὐδὲ — δὲ usurpavit, qui sunt: IX, 16, 7 τὸ δὲ ἀκόντιον ἄχρηστον ὥςπερ εἴρηται τοῖς μὴ ἐπισταμένοις. οὐδὲ κεκτῆσθαι δὲ ἐξεῖναι ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν. et C V, 3, 2 ἐὰν οὖν μικρά τις ἐναλλαγὴ γένηται δοκεῖ μεταβεβληκέναι τὴν χρόαν· οὐδ' ἕτερον δ' ἑλλικρινὲς οὔτε τὸ μέλαν οὔτε τὸ λευκὸν ἔχει δι' ὃ καὶ ἐνίοτε τῶν βοτρύων

ἑτερόχροοί τινες, οἱ μὲν εἰς τὸ λευκόν, οἱ δ᾽εἰς τὸ μέλαν μᾶλλον ἀποκλίνοντες.

His expositis jam eum usum consideremus, secundum quem *δὲ* particula vim adversativam exhibet atque eundem ordinem quem in tractata particula *μὲν* observavimus retinentes primum eos locos examinemus, ubi *δὲ* non praecedente *μὲν* voce scriptum est. Ejusmodi vero exempla quum Theophrastus perinde atque alii scriptores innumerabilia exhibeat, longum neque necessarium est, totam molem locorum excuti, sed sufficiat in eos locos, qui animadversione digni sint, paullo accuratius inquirere.

Atque primum quidem certas quasdam formulas aut elocutiones afferam, quarum prior pars *μέν,* quod exspectamus, semper fere repudiat, ut *τίνες - οἱ δὲ,* cf. I, 2, 3 *τὸ μὲν οὖν ὑγρὸν φανερόν· ὃ δὴ καλοῦσί τινες ἁπλῶς ἐν ἅπασιν ὀπὸν ὥσπερ καὶ Μενέστωρ, οἱ δ᾽ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἀνωνύμως ἐν δέ τισιν ὀπὸν καὶ ἐν ἄλλοις δάκρυον.* porro *ἔνιοι (ἔνια) — οἱ δὲ (τὰ δὲ)* cf. I, 3, 2 *ἔνια γὰρ ἴσως ἐπαλλάττειν δόξειε, τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἀγωγὴν ἀλλοιότερα γίνεσθαι καὶ ἐκβαίνειν τῆς φύσεως, οἷον μαλάχη τε εἰς ὕψος ἀναγομένη καὶ ἀποδενδρουμένη·* ibid. 3, 4; — 8, 6; II, 4, 2, C III, 5, 1 et Fgt. II, 1, 5 ubi casu articuli mutato legis *ἔνιοι — τῶν δέ.* Uno loco I, 9, 2 *ἔνια* excipitur verbis *ἅπαντα δέ;* C VI, 10, 8 verbum *ἔνια* particula *δὲ* auctum in altero membro positum est, cui praecedit pronomen *τινά: ἐπεὶ καὶ τά γ᾽ἐν τοῖς ἁλμώδεσι φυόμενα (τὸ) ἔχειν ἁλμυρίδα τινὰ οὐκ ἄλογον ὥσπερ ἄλλα τε καὶ τὸ ἅλιμον, ἔνια δὲ καὶ εὐχυλότερα καὶ βελτίω γίνεσθαι καθάπερ τὴν ῥάφανον;* cui loco similiter comparatus est I, 10, 5 ubi verbis *ἔνια δὲ* in priore membro *τὰ* antecedit. I, 10, 4 *καὶ τῶν θαμνωδῶν δὲ ἡ μυρίκη σαρκῶδες τὸ φύλλον ἔχει. ἔνια δὲ καὶ καλαμόφυλλα καθάπερ ὁ φοῖνιξ καὶ ὁ κόϊξ καὶ ὅσα τοιαῦτα: ἔνια δὲ* substantivo, „*ἡ μυρίκη*“ quod priore in membro positum est, respondet. Saepius autem articulum atque omnium maxime neutrum pluralis ita scriptum invenimus, ut, quum in utroque membro exstet, priori *μὲν* non additum sit; cf. II, 2, 8 *σημεῖον δ᾽ὅτι μεταφερόμενα τἀκεῖθεν ἄκαρπα τὰ δὲ καὶ ὅλως ἀβλαστῆ γίνεται,* quae

loquendi ratio praeterea reperitur II, 6, 8; — 8, 1; III, 3, 4; — 9, 3; IV, 2, 1 C I, 3, 1; — 7, 4; III, 5, 3. Huc etiam referri potest vox *ὅσα,* quae dupliciter posita duobus quidem locis particula *μὲν* caret: cf. III, 1, 2 *πλὴν ὅσα μόνον ἀπὸ σπέρματος φύεται καθάπερ ἐλάτη πεύκη πίτυς. ὅσα δὲ ἔχει σπέρμα καὶ καρπὸν κἂν ἀπὸ ῥίζης γίνηται καί ἀπὸ τούτων·* et IV, 4, 3. Ne longus sim ceteras formulas quam brevissime describam locosque ubi inveniuntur afferam; ita legis *τὰ πολλὰ* — *τινὰ δὲ* I, 13, 3; *ἅπαντα* — *τὰ δὲ* II, 2, 4; *ταῦτα* — *ἕτερα δὲ* IV, 4, 14; *ἕκαστον* — *τὸ δὲ* C IV, 1, 5; *τὰ* — *ἅπαντα δὲ* I, 9, 2. Eadem ratione et substantiva et adjectiva inter se opponuntur, ut apud prius *μὲν* desit, cf. III, 11, 3 *καὶ τὰ καθ' ἕκαστον φύλλα μακρότερα καὶ στενότερα τὴν δὲ χρόαν πρασώδη;* VIII, 6, 6 *τοῦ ἦρος* — *τοῦ δὲ χειμῶνος,* C I, 13, 1 *κατὰ χειμῶνα* — *τοῦ δ' ἦρος* VIII, 6, 1 *δοκεῖ γὰρ ὡς ἐπὶ πᾶν ὁ πρῶτος ἄροτος ἀμείνων εἶναι χείριστος δὲ σπόρος ἐν ταῖς ἡμιβρόχοις* et IX, 4, 3 *οὐδέτερον γὰρ εἶναι μέγα τῶν δένδρων ἔλαττον δὲ τὸ τῆς σμύρνης καὶ ταπεινότερον·*

Ut vero jam supra, ubi egimus de anaphora, vidimus, Theophrastus frequentissime priori membro *μὲν* addere solet, qua in dicendi ratione eum cum optimis scriptoribus consentire pervulgatum est. Sic praeter *τὰ* — *ἔνια δὲ,* quod modo attuli, habes *τὰ μὲν* — *ἔνια δὲ* VIII, 11, 7: *καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα σχεδὸν ὡςπερεὶ κοινὰ δόξειεν ἂν εἶναι πάντων ἢ τῶν πλείστων. ἔνια δὲ ἔχει τινὰ ἰδιότητα καὶ τῶν δοκούντων ὥςπερ ἀγρίων εἶναι κτέ.* Uterque vero loquendi usus non difficilis est explicatu; etenim ubi *μὲν* in priore membro nullum apparet, oppositio tum, quum haec verba scriptor proferebat, nondum in mente dicentis inerat; contra ubi *μὲν* posuit, alterum membrum statim ab initio ante oculos habuit, quod particulâ *δὲ* additur.

Interdum etiam fit, ut particala *δέ,* quae post pronomen relativum collocata erat repetatur post pronomen demonstrativum, quod idem particulae *μὲν* nonnullis locis accidere supra demonstravimus. Singuli vero loci, ubi ejusmodi *δὲ* repetitum exstat, eo magis transcribantur oportet, ut certius judicium fieri possit, utrum Wimmerus

duobus locis *δὲ* particulam, quam optimus codex praebet, recte in *δὴ* mutaverit necne. Legitur enim *δὲ* repetitum VII, 15, 1 *Ὅσα δὲ τὰς ἀνθήσεις λαμβάνουσι ἀκολουθοῦντα τοῖς ἄστροις οἷον τὸ ἡλιοτρόπιον καλούμενον καὶ ὁ σκόλυμος, ἅμα γὰρ ταῖς τροπαῖς καὶ οὗτος, ἔτι δὲ τὸ χελιδόνιον, καὶ γὰρ τοῦτο ἅμα τῷ χελιδονίᾳ ἀνθεῖ, ταῦτα δὲ δόξειεν ἂν τῇ μὲν φυσικὴν ἔχειν τὴν αἰτίαν τῇ δὲ συμπτωματικήν;* IX, 1, 3 *ἅπαντα δὲ ταῦτα εὔοσμα καὶ σχεδὸν ὅσα πιότητά τινα ἔχει καὶ λῖπος· ὅσα δ' ἀλιπῆ ταῦτα δ' ἄοσμα καθάπερ τὸ κόμμι καὶ τὸ τῆς ἀμυγδαλῆς,* C II, 12, 3 *ὅσα δὲ ἰσχυρόρριζα τούτων, ἔνια γὰρ τοιαῦτα καθάπερ ὁ κέγχρος καὶ ὁ μέλινος, ταῦτα δὲ κατὰ λόγον ἀποδίδωσι τοὺς καυλοὺς ἀπ' ἰσχυρῶν ἰσχυροὺς καὶ πολυσχιδεῖς κτἑ,* et denique C VI, 14, 9 *τοιαῦτα δὲ ὡς ἐπὶ πᾶν τὰ ἄνθη μάλιστα· ταῦτα μὲν εὐοσμότερα χλωρὰ καὶ πρόσφατα χρονιζόμενα δὲ ἀμβλύνεται διὰ τὴν ἀποπνοήν· ὧν δ' ἰσχυρότεραι, τοιαῦτα δὲ ὅσα γεωδέστερα καὶ ἐν γεωδεστέροις κτἑ.* Accedamus jam ad locos a Wimmero mutatos, quorum prior legitur IX, 14, 4 *ὡςαύτως δὲ καὶ τὸν καρπὸν ἐὰν ὀπίσῃς τὴν ῥίζαν· ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ αἱ φαρμακώδεις οὐκ ὀπίζονται, ὧν δ' ἂν τὰ σπέρματα φαρμακώδη αὗται δὲ ὀπίζονται;* ita enim ante Wimmeri editionem scriptum est, qui *δὲ* post *αὗται* mutavit in *δή*, quod idem fecit C I, 19, 2 *ὅσα μὲν οὖν ξυλώδεσιν ἢ δερματικοῖς τισι περιέχεται καθάπερ τά τε κάρυα καὶ βάλανοι ταῦτα μὲν περιστεγόμενα διατηρεῖται πρὸς τὴν τῆς βλαστήσεως ὥραν, ὧν δὲ σαρκώδη τὰ περικάρπια ταῦτα δὲ σηπομένων καὶ περιρρεόντων αὐτὰ καθ' αὐτὰ σώζεται κτἑ;* hoc quidem loco auctoritate codicis Medicaei subnixus (cf. edit. Schneider. tom. 4 p. 90). Sed quum multum absit, ut codici Medicaeo maximam auctoritatem in restituendis verbis Theophrasteis tribuamus (cf. de auctoritate singulis codicibus tribuenda Osc. Kirchner, de Theophrasti Eresii libris phytologicis particula prima p. 3—33, imprimis p. 33), hoc loco mea quidem sententia eo minus habemus, cur mutemus, quod responsio, quae inter quattuor membra intercedit et particulis *ὅσα μὲν — ταῦτα μὲν — ὧν δὲ — ταῦτα δὲ* luce clarius indicatur, mutatione facta tollitur. Quae quum ita sint, non modo hoc, sed etiam illo loco *δὲ*

particulam, quam optimi codices exhibent, retinendam esse censeo. Sed de hac re homines docti judicent.

Repetitur vero *δὲ* particula etiam post alia verba, ut post articulum, vi pronominis demonstrativi praeditum, cf. I, 1, 11 *τὰ δὲ ἀναλογίᾳ ταὐτὰ τὰ δ᾽ ἄλλον τρόπον* et cap. 11, 1 *ἔνια δὲ καὶ ἐν λοβῷ τὰ δ᾽ἐν ὑμένι τὰ δ᾽ἐν ἀγγείῳ τὰ δὲ καὶ γυμνόσπερμα τελείως;* denique post *ὅσα,* velut VII, 4, 2 *ὅσων δ᾽ἂν ᾖ λεῖα τὰ φύλλα γλυκύτεραι καὶ ἡδίους, ὅσων δ᾽ἂν τραχέα δριμύτεραι.*

Reliquum est, ut illius *δὲ* repetiti paucis mentionem faciam, quod jam Eukenius l. l. p. 24 recte docuit non cum *δὲ* in apodosi collocato confundi oportere; invenitur potius, ubi res aliqua mere iteratur, qua ex causa imprimis locum habet post verbum *ἅπαντα,* quo omnia, quae antecedunt, breviter repetuntur, cf. II, 2, 3 *βλαστάνει δὲ ἐνιαχοῦ καὶ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν σπανίως δέ. περὶ δὲ δρυὸς ἀμφισβητοῦσιν· οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ σπέρματός φασι μόνον, οἱ δὲ ἀπὸ ῥίζης γλίσχρως· οἱ δὲ καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ στελέχους κοπέντος. ἀπὸ παρασπάδος δὲ καὶ ῥίζης οὐδὲν φύεται τῶν μὴ παραβλαστανόντων. ἁπάντων δὲ ὅσων πλείους αἱ γενέσεις, ἡ ἀπὸ παρασπάδος καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ἀπὸ παραφυάδος ταχίστη καὶ εὐαυξής, ἐὰν ἀπὸ ῥίζης ἡ παραφυὰς ᾖ·*

Sequitur ut eos locos examinemus, ubi particulis *μὲν* et *δὲ* compluria membra inter se connectuntur. Namque ut missa faciamus ejusmodi exempla, ubi praecedente *δὲ* particulâ, quae hoc enuntiatum cum eo, quod antecedit, connectit, duplici *μὲν* duplex *δὲ* respondet, cujus usus exemplum exstat III, 12, 3, V, 7, 8 saepiusque, aut illa exempla, ubi posterius *δὲ* tertium membrum, quod item *μὲν* et *δὲ* praebet, sequitur, non omiserim C V, 10, 3: *ἐνιαχοῦ δὲ ἴδια πάθη συμβαίνει, καθάπερ ἐν Μιλήτῳ καὶ Τάραντι περὶ τὰς ἐλάας. ἐν Μιλήτῳ μὲν γάρ, ὅταν περὶ τὸ ἀνθεῖν ὦσι, νοτίου ἀέρος ὄντος καὶ εὐδιεινοῦ κάμπαι γενόμεναι κατεσθίουσιν αἱ μὲν τὰ φύλλα, αἱ δὲ τὰ ἄνθη ἕτεραι οὖσαι τῷ γένει. βοηθεῖ δὲ πρὸς ταῦτα, ἐὰν ἐπιγένηται καῦμα· διαρρήγνυνται γάρ: ἐν Τάραντι δὲ περὶ τὴν ἄνθησιν ὁτὲ μὲν ἀπερυσιβοῦνται διὰ τὴν ἄπνοιαν, ὁτὲ δὲ πνεῦμά τι πνέον ἐκ τῆς θαλάττης ὁμιχλῶδες καὶ παχὺ προσίζον ἐν τοῖς ἄνθεσιν*

ἀπόλλυται τὰ ἄνθη τῇ ἅλμῃ, quae periodus si schemate exprimitur, hanc fere formam praebet

δὲ — μὲν — μὲν — δὲ — ο — δὲ — δὲ — μὲν — δέ.

Cui loco similiter est comparatus VI, 8, 1. Ut vero hoc loco primum *δὲ* non habet, cui respondeat, ita aliis locis primum *δὲ* particulam *μὲν* praeparativam desiderat, ut IX, 9, 1. Uno quidem loco res ita se habet, ut inter primum *δέ,* quod posteriori *μὲν* respondet et ultimum *δέ,* quod ad prius *μὲν* spectat, complures particulae *δὲ* interpositae sint, cf. III, 12, 2. Tota vero periodus etiam ita composita esse potest, ut inter primum *μὲν* et ultimum *δέ,* quae inter se respondent, duo membra, quorum utrique *μὲν* et *δὲ* additum est, interponantur, veluti Fgt. I, 1, 1, quae responsio ita augeri potest, ut loco duorum membrorum quattuor ponantur, ultimo quidem *δὲ* non habente, cui respondeat, ut VII, 9, 1; praeterea conferre velis IV, 3, 5, IV, 10, 2; VIII, 4, 2 Fgt. I, 12, 59, qui loci omnium maxime contorti sunt. Quid? quod non modo *δὲ* particula a *μέν,* quod illa excipitur, compluribus §§ disjuncta est, sed etiam duobus capitibus. Sic particulae *μέν,* quae legitur IV, 2, 1 *ἔστι δὲ ἡ μὲν συκάμινος κτἑ* respondet *δὲ* § 5 „*ἐν Αἰγύπτῳ δ' ἐστὶν ἕτερον ἡ περσέα καλούμενον κτἑ* et II, 5, 1 *αἱ μὲν οὖν ὧραι πρότερον εἴρηνται καθ' ἃς δεῖ* vocabulum *μὲν* particulam *δὲ* praeparat, quae demum exstat cap. 7, 1 *Περὶ δὲ τῆς ἐργασίας καὶ τῆς θεραπείας τὰ μέν ἐστι κοινὰ τὰ δὲ ἴδια καθ' ἕκαστον.*

Jam agendum est de particulis cum *δὲ* conjunctis, quarum *δέ γε* primo loco nominentur. Utitur vero eis Theophrastus non secus atque alii scriptores Attici atque Aristoteles, differt vero ab magistro eo, quod in eis libris, qui nobis traditi sunt, rarissime exstant. Quum enim in omnibus libris de causs. pl. ne unum quidem exemplum inveniatur, in hist. pl. tres locos inveni, cf. I, 6, 9 *ὅλως δέ γε ἐν ταύταις αἱ κατὰ μέσον ἐκ τῆς κεφαλῆς ἠρτημέναι φαίνονται ῥίζαι καὶ τρέφονται.* porro III, 4, 6 et — 7, 6. Occasione vero oblata hoc loco addere liceat, solos libros de causs. pl. particulam *μὲν* voce *γὲ* restrictam exhibere,

cf. VI, 7, 2 *Δημοκρίτῳ μέν γε πῶς ποτε ἐξ ἀλλήλων ἡ γένεσις ἀπορήσειεν ἄν τις.*

Particulae *δέ τοι* conjunctae quum apud Theophrastum frustra quaerantur, de *δὲ δὴ* autem infra sub voce *δὴ* nonnulla dicturus sim, statim ad *δ' οὖν* transire liceat, de quarum particularum significatione et usu quae Klotzius ad Dev. II, p. 447 sqq., Bäumleinius l. l. p. 190 sq. disputaverunt etiam valent de locis Theophrasteis. Invenitur vero haec formula satis frequenter apud Theophrastum, duodevicies in hist. pl.; bis et vicies in libris de causs. pl. cf. I, 4, 3; II, 2, 10; — 3, 1; III, 3, 8; — 6, 4; — 8, 6; IV, 10, 1; IX, 10, 1 quibus adde, quos locos jam Eukeniis l. l. p. 33 attulit III, 3, 6; — 7, 6; — 8, 2; IV, 3, 5; — 4, 9; — 12, 3; VI, 2, 7; VII, 1, 5; IX, 8, 1; C I, 3, 10; — 19, 4; — II, 3, 5; — 9, 13; — 12, 4 saepiusque; praeterea duodecies exstat in Fgtis (cf. I, 3, 14; III, 4, 38; IV, 11, 54; IV, 12, 58; V, 2, 13: V, 3, 17; — 7, 37; XII, 4 bis, — 9; — 11; — 24.

Ex ceteris vero particulis, quae cum *δὲ* sociari solent, *αὖ* sine dubio paullo accuratius consideremus oportet atque eo magis, ut de loco, qui exstat III, 3, 3 et a Wimmero de conjectura mutatus est, judicium ferre possimus. Et primum *αὖ* (cf. Hartung l. l. p. 154 sqq., Klotzium l. l. p. 209 sqq., Bäumlein. l. l. p. 44, Bonitz. ind. Arist. p. 121ᵇ 1), saepius ut apud alios scriptores ita apud Theophrastum voci *δὲ* adnexa invenitur, qua particularum conjunctione oppositionem graviore vi effici apparet, cf. I, 1, 2 *ὥστε εἰ μέν τις ταῦτα θήσει μέρη τό τε πλῆθος ἀόριστον ἔσται καὶ οὐδέποτε τὸ αὐτὸ τῶν μορίων. εἰ δ' αὖ μὴ μέρη, συμβήσεται, δι' ὧν τέλεια γίνεται καὶ φαίνεται ταῦτα μὴ εἶναι μέρη.* VII, 3, 2 *τὰ μὲν — τὰ δὲ — τὰ δ' αὖ;* IX, 18, 5 *πρὸς δὲ — πρὸς δ' αὖ;* C I, 17, 6 *ξυλώδεις δὲ οἱ καρποὶ καὶ τὰ περικάρπια καθάπερ πεύκης πίτυος, καπαρίττου, τῶν δ' αὖ ξηροὶ ἢ λιπαροὶ κτέ,* II, 17, 7 *εἴ γε — εἰ δ' αὖ;* III, 3, 3 *ὅπου — ὅπου δ' αὖ;* — 14, 6 *ἐὰν δὲ — ἐὰν δ' αὖ;* IV, 7, 2 *τὸν δὲ κύωμον — τὸν δ' αὖ θέρμον;* ibid § 4 *καὶ τὰ μὲν — τὰ δὲ αὖ;* VI, 1, 5 *τὰ τραχυνθέντα — τὰ δ' αὖ συνεστῶτα;* — 20, 4 *χειμῶνος μὲν — θέρους δ' αὖ.* Compluribus locis,

quos attuli, per se patet, cur *αὖ* particulae *δὲ* additum sit; attamen ne quis opinetur, *αὖ* particulam non usurpari nisi praecedat *μὲν* aut aliud *δέ*, unum quidem locum afferre possum, ubi hoc non factum est, cf. C I, 17, 9 *ἐπεὶ καθ' ἡλικίαν ὀψικαρπότερα καὶ μὴ κατὰ τὰς ἐνιαυσίους ὥρας οἷον τὰ νέα τῶν φυτῶν διὰ πλῆθος ὑγρότητος καὶ τὸ ὅλον τροφῆς ὀψίκαρπα. τὰ δ' αὖ πάλιν ὡς ὀψίφορα πόρρω τῆς ἡλικίας ὄντα κτέ.*

Ceteris vero locis, ubi *δὲ* ante particulam *αὖ* deest, aliae particulae illius loco positae sunt, ut quam modo commemoravi, *πάλιν*, quae uno quidem loco cum *αὖ* consociata invenitur, cf. C I, 16, 9 *ταῦτα μὲν οὖν ὥςπερ ἰδιότης τις φύσεως πρὸς ἣν δῆλον ὅτι καὶ αἱ τροφαὶ καὶ αἱ κατεργασίαι τείνουσιν ἢ τοὐναντίον αἱ ἀγρίαι καθάπερ τῷ σιλφίῳ καὶ τῇ καππάρει καὶ εἴ τι ἄλλο φεύγει τὴν ἐργασίαν, ἢ εἴ τι πάλιν αὖ διώκει τὴν ξηρὰν καὶ ὑγρὰν καὶ χειμερινήν;* quo accedit C IV, 4, 2 ubi *πάλιν* et *αὖ* tribus verbis disjuncta sunt *καὶ πάλιν ἐπὶ τῶν σπερμάτων αὖ τὸ πηρωθὲν ἄγονον κτέ.*

Porro *γὰρ αὖ* particulas conjunctas novies repperi, nullum vero exemplum in fragmentis et characteribus; sunt vero hi novem loci: I, 7, 3 *παραπλήσιον δὲ τούτῳ μᾶλλον δὲ τρόπον τινὰ θαυμασιώτερον εἴ τι ἐκ τῶν φύλλων ἀφίησι ῥίζαν οἷόν φασι περὶ Ὀποῦντα ποιάριον εἶναι ὃ καὶ ἐσθίεσθαί ἐστιν ἡδύ. τὸ γὰρ αὖ τῶν θέρμων θαυμαστὸν ἧττον ὅτι ἂν ἐν ὕλῃ βαθείᾳ σπαρῇ διείρει τὴν ῥίζαν πρὸς τὴν γῆν καὶ βλαστάνει διὰ τὴν ἰσχύν;* porro I, 10, 4; IX, 9, 5; C II, 7, 4; *εἰ γὰρ αὖ* IV, 11, 8; *τὸ γὰρ αὖ;* — 15, 1 *τὰ γὰρ αὖ γλίσχρα;* V, 13, 4 *ἡ γὰρ αὖ δάφνη;* — 16, 3 *ὅσα γὰρ αὖ πηγέντα;* VI, 18, 5 *τὸ γὰρ αὖ πάλιν μικρόκαρπον,* ubi formulae vis voce *πάλιν* corroborata est.

Rarius inveni *οὔτ' αὖ*, numero bis, cf. I, 11 *οὔτε γὰρ ῥίζαν πάντ' ἔχει οὔτε καυλὸν οὔτε ἀκρεμόνα οὔτε κλάδον οὔτε φύλλον οὔτε ἄνθος οὔτε καρπὸν οὔτ' αὖ φλοιὸν ἢ μήτραν ἢ ἶνας ἢ φλέβας οἷον μύκης ὕδνον·* et C I, 13, 4 *οὐ μὴν οὔτε πρὸς τὰς βλαστήσεις ἐναντία ταῦτά ἐστιν οὔτε αὖ ἀσύμφωνα κατὰ τὰς δυνάμεις ἀλλ' ἔχοντά τινα ὁμοιότητα.* Quamquam *μήτε αὖ* mihi non occurrit, tamen *μηδ' αὖ* et

οὐδ' αὖ in libris qui exstant leguntur, cf. C V, 14 6 *ὁ γὰρ ὑδατώδης καὶ θολερὸς οὐχ ὁμοίως ἐργατικός· οὐδ' αὖ πάλιν ὁ λεπτὸς, καὶ γὰρ εὐκίνητος καὶ οὐκ ἔμμονος* ubi iterum particula *αὖ* voce *πάλιν* effertur; *μηδ' αὖ* his locis vidi: C III, 1, 2 *ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἄτοπον οὐδ' ἀλλότριον, ἀρχὴν δὲ αὐτοῦ λεπτέον τήνδε, τὴν φύσιν ἑκάστου μὴ ἐκ τῶν αὐτῶν εἶναι μηδὲ ἐκ μιᾶς τινος ὕλης μηδ' αὖ πᾶσι ταὐτὸ τέλος τῆς πέψεως καὶ δυνάμεως τῶν καρπῶν· ἀλλ' ἕκαστον πρὸς ὃ πέφυκε καὶ χυλοῖς καὶ ὀσμαῖς καὶ τοῖς ἄλλοις.*

Denique affero C IV, 6, 3 *ἥ τε αὖ τελέωσις ἡ κατὰ φύσιν οἰκειοτάτη τάχα δὲ καὶ μόνη,* ubi *αὖ* cum *τὲ* sociatum est.

Omnes igitur loci, quibus *αὖ* exstat, excepto C IV, 4, 2, ubi *πάλιν* particula tribus verbis ab *αὖ* sejunctum est, ita comparati sunt, ut *αὖ* alteri cuidam particulae adnexum sit. Quod quum observavissem non potui non offendere in III, 3, 3, quae verba Wimmerus ita edidit: *ἔχει δὲ καὶ ταῦτ' αὖ τινα διαφορὰν ἐν τοῖς ἀνομοίοις τῶν τόπων ὑπὲρ ὧν ὕστερον λεκτέον,* quum antea scriptum esset: *ἔχει δὲ καὶ ταῦτα αὐτῶν διαφορὰν κτέ.* Duo vero sunt, quae contra Wimmeri conjecturam facere mihi videantur; unum, quod jam attuli, hoc est, quod *αὖ* apud Theophrastum semper alteram particulam sequi solet, excepto C IV, 4, 2 ubi nescio an *αὖ* post *πάλιν* transponendum sit; alterum, quod neminem fore spero quin in collocatione verborum offendat; etenim si verba *αὖ* et *τινὰ* ab Theophrasto scripta esse ponimus, sine dubio *αὖ* post *δὲ* et *τινὰ* post *διαφορὰν* collocatum exspectamus. Equidem igitur censeo pristinam scripturam retinendam esse; sed judicium de hoc loco hominibus doctis permitto.

Totuis vero disputationis de *μὲν* et *δὲ* particulis ita faciam finem, ut nonnulla de collocatione addam. Satis quidem notum est, has particulas eis verbis adnecti solere, quae inter se opposita sunt, quam legem Theophrastus perinde atque alii scriptores observat, ut exempla afferri plane supervacaneum sit, praesertim quum ejusmodi loci supra, ubi de anaphora egimus, satis multi transcripti sint. Illa vero de causa particula *δὲ* aliquotiens compluribus verbis

ab enuntiati initio abest, ut IX, 12, 4; *ἐν τοῖς ἀρουραίοις δὲ φύεται, μάλιστα ἐν ταῖς κριθαῖς,* ubi, quemadmodum C I, 18, 1 *ἐν τῷ αὐτῷ δέ πως γένει τῆς αἰτίας* tertium post verbum positum est. Quid? quod quintum demum locum *δὲ* tenere potest, ut C V, 18, 2 *γλυκύτερα γὰρ ἐν τούτῳ δὲ ἡ ζωοποιΐα κτέ,* quod imprimis tum facile fieri potest, si enuntiatum particulâ *καὶ* cum proximo connexum est, ut C I, 3, 2 *καὶ ἐπὶ τῆς ἰτέας δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.* Altera vero ex parte *μὲν* et *δὲ* non semper iis verbis, quae inter se opponuntur, addita sunt, quod apud omnes scriptores locum habere imprimis docet Kühnerus. (Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache. Zweite Auflage, 1872, II, p. 810) Ex Theophrasti quidem scriptis hic usus demonstrari potest loco, qui exstat VIII, 4, 5, ubi sermo est de tritico: *κουφότατος μὲν οὖν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν πυρὸς ὁ ποντικός· βαρύτερος δὲ τῶν εἰς τὴν Ἑλλάδα παραγινομένων ὁ σικελός· τούτου δ' ἔτι βαρύτερος ὁ βοιωτός· σημεῖον δὲ λέγουσιν ὅτι οἱ μὲν ἀθληταὶ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τρί' ἡμιχοίνικα μόλις ἀναλίσκουσιν, Ἀθήναζε δὲ ὅταν ἔλθωσι πένθ' ἡμιχοίνικα ῥᾳδίως,* ubi *μὲν,* cui *δὲ* post *Ἀθήναζε* positum respondet, pone *Βοιωτίᾳ* scriptum exspectamus.

Sed haec hactenus. Jam de ceteris particulis adversativis agere liceat, de quibus eo brevius dicemus, quod varium atque multiplicem usum non praebent.

Atque primum quidem in eam rationem inquiramus, utrum Theophrastus post protasin conditionalem, ab particula *εἰ* vel *ἐὰν* exorsam, in apodosi particulam *ἀλλὰ* usurpaverit necne, de quo usu apud Aristotelem conferre velis Eukenium l. l. p. 33, apud alios scriptores Kühnerum l. l. II, p. 827 A 6. Testantur vero satis multi loci, hanc dicendi rationem minime ab Theophrasto alienam fuisse, ut C I, 3, 4 *πρῶτον μὲν ὅτι μετέωρα καὶ οὐ βαθύρριζα, ἢ εἰ καί τινα εἰς βάθος καθιᾶσιν ἀλλ' ἐνίας καὶ ἐπιπολῆς;* — 16, 7 *αὐτὸ μὲν τοῦτ' ἴσως οὐ κακῶς εἰ ὁ πυρὴν ἐκ τοῦ γεώδους καὶ ξυλώδους, ἀλλὰ τὸ σπέρμα οὐκ ἔθ' ὁμοίως, ἀλλ' ἐκ τῆς καθαρωτάτης περιττώσεως:* praeterea C II, 17, 5; IV, 3, 5; V, 3, 3 Fgt. I, 2, 6; IV, 2, 5; V, 10, 59. Nonnullis vero aliis locis particulam *ἀλλὰ* vox *γὲ* sequitur,

de cujus significatione atque usu Aristotelico post *ἀλλὰ* optime disputat Bonitzius, Zeitschrift für östreich. Gymnas. 1866 p. 805 sq., cf. II, 7, 3 *ταῦτα μὲν οὖν ἐπισκέψαιτ' ἄν τις, εἰ καὶ μὴ πάντα ἀλλὰ περί γε τῆς μήτρας,* V, 4, 1 *εἰ μή που καρπιμώτερον τὸ ἄρρεν ὥςπερ ἄλλα τέ φασι καὶ τὴν κυπάριττον καὶ τὴν κρανείαν. ἀλλὰ τῶν γε ἀμπέλων φανερῶς αἱ ὀλιγοκαρπότεραι καὶ πυκνοφθαλμότεραι καὶ στερεώτραι,* C I, 12, 4; V, 1, 5; VI, 5, 5; — II, 11, 5; Fgt. IV, 9, 40 quibus omnibus locis *γὲ* ita collocatum est, ut ab particula *ἀλλὰ* uno verbo disjunctum sit, quum III, 2, 1 *καὶ προφαίνει μὲν πλείω καρπὸν ἐκπέττει δ' ἧττον, εἰ μὴ καὶ πάντα ἀλλά γε τὰ ὁμογενῆ οἷον ἐλάας καὶ ἀπίου κότινος καὶ ἀχρὰς* particula *γὲ* pone *ἀλλὰ* inveniatur.

Ex ceteris vero particulis, quibuscum *ἀλλὰ* sociari solet, Theophrastus non modo formulas *οὐ μέντοι ἀλλὰ* et *οὐ γὰρ ἀλλά,* quae apud scriptores Atticos in usu sunt, una cum magistro repudiat, sed etiam particulas *„ἀλλ' ἄρα",* quae ab Aristotele usurpantur, frustra apud eum quaeris. Neque vero aliae particulae cum *ἀλλὰ* conjunctae frequenter exstant, quum elocutiones *ἀλλὰ γὰρ* et *ἀλλ' οὖν* singulis tantum locis mihi obviae fuerint; cf. IV, 14, 14 *ἀλλὰ γὰρ αἱ μὲν νόσοι πόσαι τε καὶ ποῖαι καὶ τίνες γίνονται καὶ πάλιν αἱ δι' ὑπερβολὴν χειμῶνος ἢ καυμάτων φθοραὶ . . . . διὰ τούτων θεωρείσθωσαν;* et C VI, 6, 10 (s. fin.) *ἀλλ' οὖν δὴ τούτων μὲν πέρι λόγος ἕτερος.*

Formula vero *ἀλλ' ἢ* (de qua conferre velis Bäumlein. l. l. p. 1—7, Bonitz, Zeitschr. f. östr. Gymn. 1866 p. 807) duobus quidem locis legitur, V, 4, 4 *οὐ γὰρ γίνεται τερηδὼν ἀλλ' ἢ ἐν τῇ θαλάττῃ* et IX, 2, 3 *ἐπεὶ οἵ γε περὶ Μακεδονίαν οὐδὲ τὴν πεύκην πιττοκαυτοῦσιν ἀλλ' ἢ τὴν ἄρρενα.*

Sequitur ut, particulis *ἀλλὰ δὴ* in posterum sepositis, de *ἀλλὰ μὴν* nonnulla verba faciamus, quae non secus atque ab Aristotele (cf. Bonitz l. l. p. 806) ab ejus discipulo duplici modo usurpantur. Priore enim ratione haec conjunctio inservit ad alterum dilemmatis alicujus membrum incipiendum ut C II, 17, 6 (s. fin.) *τούτοις γὰρ δὴ καὶ τοὺς βοῦς καὶ τὰ ὑποζύγια χιλεύουσι καὶ ἀνατρέφουσι μετὰ τοὺς θερισμούς. ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς ὁ καπρὸς τῆς ἰξίας*

μηνύει τὴν ἰσχύν. ἀλλὰ μὴν εἴ γε ἰσχυρὰ καὶ μὴ ἀσθενῆ διὰ τί ποτ' οὐ βλαστάνει καθ' αὑτὰ καὶ φύεται; quo uno loco *ἀλλὰ* particulam voce *εἰ* interposita *γὲ* sequitur, quum tribus ceteris locis, ubi *ἀλλὰ μὴν* nihil nisi argumentationis progressum significant, haec particula non sit addita. Ne hic usus exemplo careat, ascribam C IV, 6, 3 *τὸ δ' ὅλον ἐνιαυτὸν ἐπισχεῖν ἤδη θαυμασιώτερον. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ μὲν τέλεον τὸ δὲ ἀτελὲς αὐτῶν εἶναι τελεοῦσθαι δὲ παρ' ἐνιαυτὸν ἄλογον;* cui addi possunt V, 1, 11; Fgt. I, 3, 16 quo utroque loco *οὐδὲ* sequitur, et C IV, 6, 3, ubi *καὶ* prope *μὴν* exstat.

Multo saepius vero formula *οὐ μὴν ἀλλὰ* in usum venit (cf. Bäumlein. l. l. p. 156, Euken. l. l. p. 9) modo *γὲ* particula sequente modo deficiente. Atque ut primum locos examinemus, ubi *γὲ* appositum est, cf. I, 7, 1 *τὸ γὰρ θερμὸν τὸ γεννῶν. οὐ μὴν ἀλλὰ (ταῦτα) μεγάλα συμβάλλεται πρὸς βαθυρριζίαν καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς μακρορριζίαν ἡ τῆς χώρας φύσις ἐὰν ᾖ κούφη καὶ μανὴ καὶ εὐδίοδος.* porro I, 11, 3; II, 3, 2; — 6, 9; III, 4, 3; — 7, 3; — 12, 6; IV, 3, 5; — 5, 7; — 13, 1; V, 7, 5; — 8, 2; VI, 6, 6; — 7, 6; C I, 2, 1; — — 10, 2; — 18, 3; II, 3, 2; — 8, 3; III, 3, 1; IV, 2, 1; — 6, 4; V, 3, 4; — 10, 5; — 12, 5; VI, 5, 6; — 11, 14; Fgt. I, 13, 64; III, 4, 38; — 9, 63; V, 2, 12. Haud raro tamen Theophrastus *γὲ* particulam sequentem facit, de cujus collocatione quae dicenda sunt, infra suo loco commemorabo. Sunt vero loci, qui sequuntur II, 1, 2 *μηλέα δὲ καὶ ἄπιος καὶ ἀπὸ τῶν ἀκρεμόνων σπανίως. οὐ μὴν ἀλλὰ τά γε πολλὰ πάνθ' ὡς εἰπεῖν ἐνδέχεσθαι δοκεῖ καὶ ἀπὸ τούτων ἐὰν λεῖοι καὶ νέοι καὶ εὐαυξεῖς ὦσιν.* III, 2, 5; — 3, 7; — 12, 3; IV, 8, 2; — 14, 7; V, 7, 7; IX, 8, 2; C I, 9, 3; — 12, 10; — 13, 9; II, 3, 6; — 4, 9; III, 6, 6; — 9, 3; — 14, 2; — 17, 3; VI, 3, 5; — 14, 12; — 17, 1; — 17, 4; — 18, 5; Fgt I, 8, 41; — 13, 61; IV, 2, 5; — 3, 7; V, 9, 54 quibus addatur I, 9, 1 ubi formulae *οὐ μὴν ἀλλὰ* particula *οὖν* adnexa est: *οὐ μὴν ἀλλ' οὖν μέγιστά γε συμβάλλεται πρὸς ἕκαστον ἡ ἀγωγὴ καὶ ὁ τόπος καὶ ἡ τροφή.*

Restat ut formulam *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ* in censum vo-

cem, quae his locis legitur I, 4, 3 *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τούτων εἴ τις ἀκριβολογεῖσθαι θέλοι τὰ μὲν ἂν εὕροι κοινὰ καὶ ὥςπερ ἀμφίβια καθάπερ μυρίκην ἰτέαν κτἑ*, II, 1, 3; III, 12, 9; — 13, 4; — 15, 1; IV, 1, 3; V, 2, 3; — 9, 7; VI, 6, 9; VII, 5, 6; VIII, 6, 1, C I, 4 1; — 5, 1; 20, 1; II, 5, 3; — 13, 2; III, 2, 5; V, 12, 2; VI, 19, 4; Fgt. I, 1, 3; III, 3, 26.

Quum in eis, quae antecedunt, saepius jam particulae *μὴν* mentio facta sit, statim ea, quae de hac voce dicenda sunt, hoc loco addi liceat. Qua in tractanda ante omnia commemoretur oportet, Eukenii verba (cf. l. l. p. 11) non jam obtineri posse. Dicit enim „Sed ab Aristotele ipso distat usus nonnullorum librorum subditiciorum et Theophrasti, quum praeter *οὐ μὴν* et *ἀλλὰ μὴν* etiam *καὶ μήν, οὐδὲ μήν, γὲ μὴν* inveniantur; paullo post afferens: *γὲ μὴν* IV, 10, 1; IX, 16, 7, Char. *καὶ μὴν* I, 3; II, 4 (Schn.) Sed quum utroque loco hist. pl. Wimmerus optimum codicem U secutus *γὲ* deleverit, de auctore vero characterum sententiae hominum, qui in hoc libello edendo et explicando versati sunt, tantopere dissentiant atque mea quidem opinione vix dubitari possit, quin libellus ea forma qua nobis traditus est, non ab Theophrasto profectus sit, non modo particulas *καὶ μὴν* Theophrasto abjudicandas esse censeo sed etiam *γὲ μὴν* ab eo usurpatas esse vix ausus sim contendere.

Differt tamen Theophrastus ab magistro collocatione particulae *γέ*, quam quidem vidimus haud raro post *μὴν* scriptam esse. Theophrastus enim non modo, ut vulgo apud Aristotelem factum est, unum aut duo verba inter *μὴν* et *γὲ* collocavit sed etiam *γὲ* prope *μὴν* scripsit, ut C I, 16 4 *οὐ μήν γε οὐδὲ τὰ ἰσχυρότατα σπερματικώτατα ἀλλὰ σχεδὸν ἐναντίως ἑκατέρωθεν μεριζομένης τῆς τροφῆς καὶ δυνάμεως;* Fgt. V, 8, 48 *οὐ μήν γε κατ' ἀκρίβειαν ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν.* Quid? quod duobus quidem locis *μὴν* et *γὲ* tribus verbis disjuncta sunt, ut praeter C I, 9, 1 jam supra allatum *(οὐ μὴν ἀλλ' οὖν μέγιστά γε)* VIII, 2, 7 *οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖ τό γε πᾶν πλῆθος οὕτως ἀλλ' ὅσον εἰς ἀπαρχήν.* Locis vero qui restant aut unum verbum particulas

sejungit, ut III, 15, 4; IV, 3, 2; — 7, 2; — 7, 8; — 8, 2; IX, 7, 2; C II, 6, 2; — 11, 9; III, 7, 2; — 16, 3; IV, 9, 2; Fgt. I, 2, 5; V, 2, 8; aut duo, ut II, 1, 2; III, 2, 5; — 3, 7; — 12, 3; IV, 8, 2; — 14, 7; V, 7, 7; VII, 5, 1; IX, 8, 2; C I, 9, 3; — 13, 9; II, 3, 6; — 4, 9; III, 6, 6; — 9, 3; — 14, 2; — 17, 3; VI, 3, 5; — 14, 12; — 17, 4; — 18, 5, Fgt. 1, 8, 41; — 13, 61; IV, 2, 5; — 3, 7; V, 9, 54. Paucis tamen locis *γὲ* particula post *μὴν* prorsus deest, ut IV, 16, 3 *ἡ δὲ ἐν Φιλίπποις ἰτέα περιεκόπη μὲν τοὺς ἀκρεμόνας οὐ μὴν παρεπελεκήθη* et C I, 12, 4; — 17, 4; III, 10, 6; V, 9, 6; VI, 14, 9.

Agmen claudant tres loci, quibus formulae *οὐ μὴν* particula *οὔτε* adnexa est, cf. I, 13, 4 *ἄλλα δὲ ἰδιωτέρως οἷον ὁ κιττὸς καὶ ἡ συκάμινος· ἐν αὐτοῖς μὲν γὰρ ἔχει τοῖς ὅλοις περικαρπίοις οὐ μὴν οὔτε ἐπ' ἄκροις οὔτε περιειληφόσι καθ' ἕκαστον ἀλλ' ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον.* C. 13, 4, VI, 3, 4.

Caput II.

De particulae *τὲ* usu.

Etiam de particulae *τὲ* origine grammatici tantopere inter se dissentiunt, ut satis habeam, Bäumleinium laudasse, apud quem singulorum hominum doctorum sententiae congestae atque inter se comparatae sunt. Jam vero si usum hujus vocis spectamus, dubium esse non potest, quin *τέ*, quod non modo apud Homerum aliosque poëtas, qui ei successerunt, sed etiam apud primos scriptores orationis solutae, imprimis Herodotum Thucydidemque frequentissime exstat, posteriore tempore inde jam a Platone magis magisque aboleverit. Namque Theophrastus quidem, ut ad illum statim convertamur, rarissime hac particula singula vocabula conjungit, quum, nisi fallor, quattuor modo locis hoc factum sit; cf. V, 8, 1 *ἐν Συρίᾳ γὰρ ἔν τε τοῖς ὄρεσι* C II, 11, 1 *οἷον ἀμπέλοις συκαῖς τοῖς τ' ἄλλοις;* III,

23, 1 *ξηρὰν γὰρ ἄνικμόν τε οὖσαν . . . τὴν γῆν* et VI, 9, 3 *τῶν εὐστόμων λεγομένων τῶν τε λαχανηρῶν κτὲ.*

Frequentius tamen *τὲ* non aliter atque apud alios scriptores illius saeculi apud Theophrastum enuntiationes conjungit, quamquam ejusmodi loci, ubi *τὲ* cum aliis particulis, quae sunt *ἔτι δὲ* aut *ὁμοίως δὲ καί,* ad singulas rei alicujus partes depingendas inservit, de quo usu Aristotelico accuratius Eukenius l. l. p. 13 disputat, frustra quaeruntur, cf. III, 18, 2 *ἔχει δὲ* (sc. *τὸ οἶσον) καὶ τὰ φύλλα λεπτότερα καὶ λειότερα καὶ τὰς ῥάβδους τὸ λευκόν. ὅ τε παλίουρος ἔχει διαφοράς;* porro V, 8, 1; VI, 7, 2, C II, 16, 3; V, 1, 10; VI, 17, 3, Fgt. II, 8, 55; III, 4, 34; VI, 18; — 22; — 31; char. p. 5, 22; p. 19, 4.

Huc vero non pertinet C IV, 4, 13: *ἐνιαχοῦ γὰρ ἔν τισι τόποις ἑλώδεσιν ὅλως τοῦτο συμβαίνει καὶ τό τε φύλλον μεταβάλλει ὥστε πᾶσιν εἶναι φανερόν.* Deprehendimus potius hoc loco eam rationem particularum *καί τε*, de qua Kühnerus l. l. II, p. 700, 1 disserit, non tamen prorsus recte, ut mihi videtur, hoc adverbium confirmativum scriptoribus orationis solutae abjudicandum esse statuens. Respondet vero haec particularum conjunctio, quae hoc uno loco in usu sunt, particulis latinis „et vero, et quidem.“

Latius vero etiam apud Theophrastum patet usus particularum *τὲ — τὲ* inter se respondentium, quibus duo membra artius inter se conjungantur; Sic legitur II, 2, 4 *ἔκ τε γὰρ τῆς κεγχραμίδος οὐδὲν γίνεται γένος ὅλως ἥμερον ἀλλ' ἢ ἐρινεὸς ἢ ἀγρία συκῆ, διαφέρουσα πολλάκις καὶ τῇ χροίᾳ. καὶ γὰρ ἐκ μελαίνης λευκὴ καὶ ἐκ λευκῆς μέλαινα γίνεται· ἔκ τε τῆς ἀμπέλου τῆς γενναίας ἀγεννής.* porro III, 18, 2, VII, 15, 2, C, I, 6, 4; — 14, 1, III, 6, 4; — 6, 5; IV, 11, 6; VI, 8, 5, Fgt. V, 9, 51, et *τὲ* ter repetitum legis Fgt. VII, 4 *ἥ τε γὰρ πλησμονὴ (μὴ) κρατοῦντος τοῦ σώματος, ἥ τε ἀγρυπνία κωλύει τὴν πέψιν, ὅ τε κατάρρους φανερά τις σύντηξις ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν ὑγρότης.*

Sed quamquam Theophrastus illis, quos attuli, locis more epicorum *τὲ* particulam repetiit, saepius alterius *τὲ* vice vox *καὶ* fungitur IV, 5, 7 *ὥστε τὰ μὲν τοιαῦτα καθάπερ ἐλέχθη τῶν τόπων ἴδια θετέον ὁμοίως ἔν τε τοῖς ἀγρί-*

οις καὶ τοῖς ἡμέροις, quae eadem verba leguntur etiam C VI, 16, 1; porro conferre velis IV, 11, 11 *διαφέρειν δ' ὅμως παντὸς καλάμου πολὺ τόν τε ἐν τῷ ξηρῷ καὶ τὸν ἐν τοῖς ὕδασι φυόμενον;* VII, 12, 3 *ἀλλὰ ἡ τοῦ φασγάνου καλουμένου γλυκεῖά τε ἑψηθεῖσα καὶ τριφθεῖσα μιγνυμένη τῷ ἀλεύρῳ ποιεῖ τὸν ἄρτον γλυκὸν καὶ ἀσινῆ;* VIII, 2, 7 *χώρα τε χώρας καὶ ἀὴρ ἀέρος.* Fgt. I, 2, 7 *τοῦ τε πυρὸς καὶ τοῦ ὕδατος;* duobus locis verba *μέλας καὶ ὁ λευκὸς* leguntur IX, 10, 1 et Fgt. I, 12, 59; praeterea affero IX, 26, 6 *περὶ τῶν χυλῶν τῶν τε εὐόσμων καὶ τῶν ἀόσμων;* Fgt. IV, 14, 64 *πλὴν τό τ' εὔοσμον καὶ τὸ κάκοσμον;* C I, 12, 7 *ἅμα τά τε ἄνω καὶ τὰ κάτω;* — 16, 13 *ἔν τε ζώοις καὶ φυτοῖς* cui loco similiter comparati sunt: V, 8, 1; — 11, 1; VI, 3, 3 porro III, 10, 5 *διά τε τὸ μανόρριζος εἶναι καὶ βαθύρριζος;* VI, 5, 4 *τό τε πάθος.. καὶ τὴν ἀπάθειαν;* — 9, 4 *οἷον τοῦ τε γλυκέος καὶ πικροῦ;* — 18, 7 *οἷον τοῦ τε κοινοῦ καὶ τοῦ ἰδίου γένους;* char. pag. 3, 10 *τούς τε ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς φαύλους* et permultis aliis locis *τὲ* particulae respondet *καί*, quos afferri quam longum est tam taedet. Hos vero, quos ascripsi, cur elegerim, paucis attigerim. Omnium enim particularum, quae cum *τὲ* conjungi solent aut ei respondent, *καὶ* permultis locis grammatici (cf. Hartung. l. l. I p. 101 sqq., Klotz. l. l. II p. 740, Bäumlein. l. l. p. 224 – 227) docent apud omnes scriptores in usu esse, atque haud raro *τὲ — καὶ* aut *τὲ καὶ* inveniri, ubi simplicem particulam *καὶ* exspectamus. Verba autem, quae his particulis conjunguntur, saepius affinitate quadam aut significatione artius inter se cohaerent, ut VI, 2, 7 *ὑπὲρ νάρθηκός τε καὶ ναρθηκίας;* VII, 3, 3 *καταρᾶσθαί τε καὶ βλασφημεῖν;* C III, 11, 2 *στενοί τε καὶ ὀλίγοι,* Fgt. I, 5, 29 *μεγάλα τε καὶ πόρρωθεν ὁρᾶν.* Quo accedunt certae quaedam formulae, ut IX, 16, 2 *τοιοῦτόν τε καὶ τοιαύτας,* C IV, 12, 3 *ποιάν τε καὶ ποσὴν εἶναι;* aut notio alterius membri priori prorsus contraria negatione addita huic par facta est, ut C V, 5, 4 *προσφιλῆ τε καὶ μὴ ἐναντία.*

Quae quum ita sint quis est quin miretur, saepius his eisdem particulis vocabula conjungi, quorum alterum alteri

prorsus contrarium est. Sed recte de hac re Kühnerus l. l. II p. 793 haec dicit verba: So werden *τὲ — καὶ* wie *τὲ — τὲ* bei Gegensätzen gebraucht, die einander gleichgestellt und zu einer Gesammtvorstellung verbunden werden, als *ἀγαθά τε καὶ κακὰ* etc., quae optime ad locos, qui sequuntur, quadrant: II, 4, 1 *Φανεραὶ δὲ καὶ κατ᾽ αὐτὰς τὰς μορφὰς αἱ διαφοραὶ τῶν ὅλων τε καὶ μορίων κτέ.* Hac ratione tribus locis verba *ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων* reperiuntur; III, 2 1; — 6, 2; — 9, 3; porro *ἄρρενά τε καὶ θήλειαν* III, 9, 6; C V, 12, 1 invenis *ψύχους τε καὶ καύματος;* Fgt. I, 13. 62 *μᾶλλόν τε καὶ ἧττον;* § 71 ibid. *θερμόν τε καὶ ψυχρόν;* IX, 21 *καὶ οἱ πεπεμμένην τε καὶ οἱ ἄπεπτον ἔχοντες τὴν τροφήν;* § 23 ibid. *ψύχους τε καὶ καύματος;* char. p. 9, 2 *Ἡ δὲ ἀπόνοιά ἐστιν ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων τε καὶ λόγων.*

His exemplis etiam ea sunt adnumeranda, ubi *τὲ* et *καὶ* nonnullis verbis disjuncta sunt, quae jam supra attuli.

Reliquum est, ut breviter in eam rationem inquiramus, qua Theophrastus *τὲ καὶ* particulas nulla voce dirimere soleat; sunt vero certi quidam loci aut verba, ubi fere semper *τὲ καὶ* pro simplici *καὶ* scriptum est.

Ut primum locos perlustremus, ubi *τὲ καὶ* usurpata sunt, Theophrastus haud raro, ubi complura verba enumeraturus est, duo priora his particulis artius connectit, cetera vero, quae sequuntur, simplici *καὶ* adjungit, cf. I, 6, 2 *ὑμενώδεις δ᾽ ἐν μὲν τοῖς δένδροις οὐκ εἰσὶν ἢ σπάνιοι, ἐν δὲ τοῖς θαμνώδεσι καὶ ὅλως τοῖς ὑλήμασιν οἷον καλάμῳ τε καὶ νάρθηκι καὶ τοῖς τοιούτοις εἰσίν;* 14, 4 *ὅσα δ᾽ ἐν ἑκατέρῳ τούτων τοῖς καρποῖς τε καὶ φύλλοις καὶ ταῖς ἄλλαις μορφαῖς τε καὶ τοῖς μορίοις,* ubi etiam ultimum membrum his particulis adnexum est; porro cf. III, 2, 1 *ἴδια δὲ πρὸς τὰ ἥμερα τῶν ἀγρίων ὀψικαρπία τε καὶ ἰσχὺς καὶ πολυκαρπία τῷ προφαίνειν;* — 9, 4 *ὀλίγα τε καὶ αὐχμωδέστερα καὶ πεφρικότα μᾶλλον;* — 9, 8; — 11, 2; — 11, 5; IV, 7, 2; — 8, 8; — 14, 14; — V, 4, 1; — 7, 4; VI, 2, 6; — 2, 9; — 3, 7; — 4, 3; — 6, 7; VII, 4, 4; — 10, 1; 12, 1; IX, 9, 1; — 16, 8; C I, 4, 2; — 6, 3; — 7, 5; — 11, 1; — 17, 5; — 17, 7; — 22, 5; II, 18, 3; III, 1, 3; —

1, 4; — 2, 1; — 2, 6; — 7, 1; — 7, 4; IV, 7, 2; — 12, 4; 15, 2; V, 8, 3; — 12, 7; — 13, 4; VI, 1, 6; — 13, 2; — 14, 4; — 16, 1; — 16, 6; Fgt. II, 1, 3; V, 2, 10; IX, 11 et XII, 3.

Ex verbis vero, quibus *τὲ καὶ* particulae apud omnes scriptores adhaerere solent, formula *ἄλλως τε καὶ* satis nota est, respondens verbis latinis: quum alias (aliter) tum, i. e. praesertim. Numquam tamen *τὲ καὶ* apud Theophrastum aliis verbis dirimi solent nisi vocabulis *εἰ* et *ἐπεί*, ut factum est C I, 21, 4 *περὶ ὧν καλῶς ἔχει διωρίσθαι πως, ἄλλως τ' ἐπεὶ καὶ πολλὰ πρὸς ταύτας ἀνάγεται τὰς ἀρχάς;* VI, 2, 1 *δεῖ γὰρ εἰδέναι μὴ μόνον τὸ ποιοῦν ἀλλὰ καὶ τὸ πάσχον ἄλλως τ' εἰ καὶ μὴ πᾶσιν ὁ αὐτὸς ὁμοίως φαίνεται καθάπερ φησίν,* et Fgt. I, 11, 53 *ἄλλως τε εἰ καὶ εὐθὺς ἀντιπρόσωποι κεῖνται καὶ ταὐτὸ συμβαίνει πάθος ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἠχοῦς.* Ceteris locis *καὶ* pone *τὲ* scriptum est, qui sunt: I, 8, 1; — 16, 10; — 16, 12; — 21, 4; II, 12, 2; — 15, 2; — 17, 3; — 17, 5; — 18, 2; — 19, 4; IV, 6, 7; V, 4, 5; — 17, 3; — 17, 7; VI, 4, 5; — 14, 5; — 16, 7; Fgt. I, 3, 14; — 13, 72; IV, 9, 41; V, 4, 29; IX, 9, XII, 8.

Hac multitudine locorum permoveor, ut C III, 5, 1 *τὸ γὰρ λεῖον ὥςπερ ὑγιὲς καὶ ἀπήρωτον τὸ δὲ τραχὺ καὶ ὠζωμένον ἄλλως τε τυφλοῖς ὄζοις ὥςπερ πεπηρωμένον κτὲ,* magis Schneidero assentiar, qui post *ἄλλως τε* particulam *καὶ* inseruit, quamquam haud ignoro, hanc particulam et apud alios scriptores et apud Theophrastum uno quidem loco deesse (cf. Fgt. XII 28, *ὑπὲρ δὲ τοῦ πάνθ' ἕνεκά του καὶ μηθὲν μάτην, ἄλλως θ' ὁ ἀφορισμὸς οὐ ῥᾴδιος καθάπερ πλεονάκις λέγεται κτὲ)* et discrimen, quod intercedat inter *ἄλλως τε καὶ* et *ἄλλως τε,* vix statui posse (cf. Kühner. l. l. II p. 794).

Ut *ἄλλως* ita etiam verba, quae ejusdem radicis sunt, particulae *τὲ καὶ* subsequi solent, ut I, 6, 1 *πρῶτον μὲν εἰ ἔνια ἔχει ἢ μὴ ἔχει καθάπερ τινές φασιν ἄλλα τε καὶ τὴν ἀκτήν;* VIII, 2, 7 *ἐν ἐλάττοσι γὰρ ἔνιαι δοκοῦσιν ἐκφέρειν ὥςπερ ἄλλαι τε καὶ μάλιστα ἐπιδήλως Αἴγυπτος;* IX, 9, 1 *ἄλλων τε καὶ —;* C, IV, 6, 1 *ἄλλα τε καὶ —;* V, 12, 4

ἄλλοθι τε καὶ ἐν Χαλκίδι; VI, 18, 9 *ἄλλοθί τε καὶ ἐν Σκιάθῳ;* Fgt. II, 8, 55 *παρ' ἄλλων τε καὶ ἐκ Φοινίκης —;* V, 2, 13 *ὃ λέγουσιν ἄλλοι τε καὶ οἱ περὶ Κρήτην;* — 4, 29 *μεταβολὰς ἄλλας τε καὶ τὸ σφοδρότερα;* paullo aliter comparatus est locus, qui exstat Fgt. V, 3, 24 *τὴν γὰρ αὔραν ταύτην αὐτὴν γίνεσθαι κατὰ λόγον ἐστὶ διά τε τἄλλα καὶ διὰ τὴν εὐδίαν.*

His disputatis jam agendum est de particulis *τὲ γὰρ* conjunctis, quam formulam homines doctos quam maxime exercuisse facile tibi persuadebunt, quae Eukenius l. l. p. 17 sqq., ubi de hac elocutione uberius disserit, dixit. Qui quidem quum demonstrare studuisset, *τὲ γὰρ* particulas apud Aristotelem quidem numquam „namque", „etenim" significare, Bonitzius (Zeitschr. f. östr. Gymnasien, 1867 p. 672 — 682) non omnibus ex partibus ei assensus est, sed certis quibusdam locis ex Aristotele desumptis ostendit, interdum vim particulae *τὲ* consopitam esse. Hoc rerum statu singulos locos Theophrasteos, ubi *τὲ γὰρ* inveniuntur, examinemus oportet, ut eis allatis judicare possimus, utrum Theophrastus ab magistro differat necne.

Atque primum eos locos percurram, qui nullam praebeant difficultatem, ubi primum *τὲ* pone *γὰρ* collocatum particula *τὲ* aut *καὶ* excipitur, ut manifesto vim praeparativam habeat; cf. II, 2, 4 *ἔκ τε γὰρ κεγχραμίδος οὐδὲν γίνεται γένος ὅλως ἥμερον, ἀλλ' ἢ ἐρινεὸς ἢ ἀγρία συκῆ διαφέρουσα πολλάκις καὶ τῇ χροίᾳ· καὶ γὰρ ἐκ μελαίνης λευκὴ καὶ ἐκ λευκῆς μέλαινα γίνεται· ἔκ τε τῆς ἀμπέλου τῆς γενναίας ἀγεννής;* III, 18, 2 *ῥάμνος τε γάρ ἐστιν ἡ μὲν . . . . τοῦ τε οἴσου τὸ μὲν λευκὸν τὸ δὲ μέλαν;* C I, 2, 1 *τάς τε γὰρ ῥάβδους φασὶ μοσχεύειν . . . . . καὶ βλαστάνειν κτἑ.* Similiter sunt comparati II, 2, 4; — 9, 1; III, 10, 4 et 6; IV, 12, 11; V, 2, 5; — 4, 3; — 6, 1; — 14, 4; Fgt. II, 4, 23; III, 3, 28; VI, 2; VIII, 7.

Praeter hos, quos attuli, locos *τὲ γὰρ* numquam apud Theophrastum exstant nisi duobus locis, qui quidem ad illam classem non pertinent. Prior legitur C I, 12, 4: *ἔν τε γὰρ τῇ πρώτῃ γενέσει προτερεῖ μὲν ἡ ῥίζα τῶν βλαστῶν οὐ μὴν τοσοῦτον ὥστε χρόνον γίνεσθαι πλῆθος, ἀλλὰ βρα-*

χύ τι πάντως ὥςπερ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἡ καρδία καὶ τὰ περὶ τὴν καρδίαν· ἁπλῶς γὰρ ὡς εἰπεῖν ἡ φύσις οὐθὲν καθάπερ ἡ τέχνη ποιεῖ κατὰ μέρος, ἀλλὰ πάντ' ἀθρόα καταβάλλεται. συντελεῖ δὲ ἑτέρων ἕτερα πρότερον. εἰ δὲ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει τοῦτ' ἐπί τινων ἀναγκαῖόν ἐστιν, ubi, quum particulae τὲ neque τὲ neque καὶ in iis, quae sequuntur, respondeat, constructionem mutatam esse in aprico est; sed scriptor per lenem anacoluthiam pergit „εἰ δὲ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει κτἑ. Idem anacoluthon deprehenditur VII, 14, 1 Ἴδια δὲ καὶ ταῦτα ἐν τοῖς ποιώδεσιν, οἷον τό τε ἐπὶ τοῦ ἀδιάντου συμβαῖνον· οὐδὲ γὰρ ὑγραίνεται τὸ φύλλον βρεχόμενον οὐδ' ἐπίδροσόν ἐστι διὰ τὸ μὴ τὴν νοτίαν ἐπιμένειν ὅθεν καὶ ἡ προςηγορία. γένη δὲ αὐτοῦ δύο. τὸ μὲν λευκὸν [τὸ καὶ τριχομανὲς καλούμενον] τὸ δὲ μέλαν, χρήσιμα δ' ἀμφότερα πρὸς ἔκρυσιν κεφαλῆς τριχῶν ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα. φύεται δὲ μάλιστα πρὸς τὰ ὑδρηλά. ὡς δὲ οἴονταί τινες καὶ πρὸς στραγγουρίαν τὸ τριχομανὲς ποιεῖ· ἔχει δὲ τὸν καυλὸν ὅμοιον τῷ ἀδιάντῳ τῷ μέλανι, φύλλα δὲ μικρὰ σφόδρα καὶ πυκνὰ καὶ πεφυκότα κατ' ἀντικρὺ ἀλλήλων, ῥίζα δὲ οὐχ ὕπεστι· χωρία δὲ φιλεῖ σκιερά. (§ 2) τῶν δὲ κατὰ μέρος ἀνθούντων ἴδιον τὸ περὶ τὸ ἄνθεμον ὅτι τῶν μὲν ἄλλων πάντων τὰ κάτω πρῶτον ἀπανθεῖ τούτου δὲ τὰ ἄνω· ubi initio §i 2 particula δὲ vocem τὲ excipit, ut jam recte Schneiderus observavit (cf. illius adnotat. ad h. l. tom. 3 p. 632; praeterea Kühner. l. l. II p. 789 A 3.

Minus offendimus, ubi τὲ particulae in proximis ἢ respondet, de quo usu dicendi cf. Kühner. l. l. II p. 788 A 2, qui rectius quam Klotzius ad Devar. II, 742 mihi videtur de hac loquendi ratione disputasse, dicens haec fere verba: τὲ — τὲ saepe non multum differre a particulis disjunctivis ἢ — ἢ vel — vel; qua re factum esse, ut τὲ et ἢ inter se responderent. Exemplum vero, quod apud Theophrastum legitur, invenitur Fgt. II, 1, 4 τοῖς δὲ λίθοις αὗταί τε καὶ πρὸς ταύταις αἱ κατὰ τὰς δυνάμεις τοῦ τε ποιεῖν ἢ πάσχειν ἢ τοῦ μὴ πάσχειν.

Vix est quod commemorem apud Theophrastum perinde atque apud alios scriptores interdum accidere, ut particulis οὔτε aut μήτε in altero membro enuntiationis

τὲ respondeat (cf. Klotz. ad Dev. II, p. 741) ut C II, 1, 1 *οὔτε γὰρ ἡ φύσις οὐθὲν [ποιεῖ] μάτην ἥ τ ε διάνοια βοηθεῖν θέλει τῇ φύσει;* III, 7, 8 *ταῦτα γὰρ οὔτε πόνον ποιεῖ τῇ ἑλκώσει κωλύει τε προςηρτημένα τὰς τροφάς:* 14, 8 *ὅταν δὲ βλαστάνῃ περιαιρεῖν τὰ ἄλλα πάντα πλὴν ὅσα καρπὸν ἔχει, τούτων [δ'] ἐπικνίζειν τὰς κορυφὰς ἐν αὐταῖς ταῖς οἰνάνθαις ἵνα μήθ' ἡ ἄμπελος εἰς τοῦτο τὸ κλῆμα ἀφίῃ τὴν αὔξησιν ὅπερ ἀποτέμνεται ἥ τε περιοῦσα τροφὴ συνειληθεῖσα ἐπὶ ταῖς οἰνάνθαις αὔξῃ τὸν βότρυν;* VI, 18, 11 *διὰ γὰρ τὴν ὑγρότητα καὶ τὴν γλισχρότητα οὐχ ὁμοίως ἐργάσεται τὸ θερμόν, ἀλλὰ χρὴ τοιαύτην ὥστε μήτε τὸ ἐκ τοῦ ἀέρος δέχεσθαι ψυχρὸν τό τε ἐν αὐτῇ θερμὸν ἀποστέγειν καὶ τηρεῖν.*

Quum ceterae particulae, quibuscum τὲ in unam vocem coaluit, dico *εἴτε — εἴτε, ἐάντε — ἐάντε, οὔτε — οὔτε, μήτε — μήτε* nihil animadversione dignum praebeant, ultimo loco transcribam III, 5, 5: *ἴδιον δ' ἐνίοις ὑπάρχει καὶ τὸ τῆς καλουμένης κάχρυος, οἷον τοῖς τε προειρημένοις· ἔχει γὰρ καὶ ἐλάτη καὶ πεύκη καὶ δρῦς καὶ ἔτι φίλυρα καὶ καρύα καὶ διοςβάλανος καὶ πίτυς.*, quia mea quidem sententia τὲ particula hoc loco ab Theophrasto non scripta, sed librarii alicujus errore in verba recepta est, quod litterarum caussa, quae subsequuntur, facillime fieri potuisse manifestum est.

Caput III.

De particulae δὴ usu.

De particulae δὴ origine et prima significatione quamvis grammatici alius ab alio dissentiant, quorum sententias (cf. Klotz. ad Devar. II, p. 392, Hartung. l. l. I, 245, Heller. in Philol. vol. VIII, p. 288, Bäumlein. l. l. p. 98, Kühner. l. l. II p. 677) repetere minime necessarium est, Theophrastus quidem hac particula non usus est nisi ut indicaret, rem, de qua ageret, manifestam et perspicuam esse. Quae quum ita sint, statim singulos locos, ubi δὴ exstat,

excutiamus atque primum *δή* per se positum, alia particula non antecedente aut sequente, consideremus.

Ut ordiamur a substantivis, particula *δή* rarissime apud Theophrastum ejusmodi verba subsequitur, quum omnes libri duo modo exempla praebeant, cf. I, 11, 3 *οὐ μὴν ἀλλ' ὑγρότης δή τις καὶ θερμότης ὑπάρχει δῆλον ὅτι καὶ τούτῳ καθάπερ εἴπομεν;* III, 8, 2 *δρυὸς δὴ γένη κτέ.*

Frequentius *δή* adjectivis, verbis, adverbiis appositum est, quos locos satis habeo breviter attulisse: cf. I, 10, 2 *πάντα δὴ —;* III, 5, 5 *πλείω δή;* IV, 14, 2 *κοινὰ δὴ —;* V, 1, 1 *ὡραῖα δὴ —;* VI, 1, 3 *τῶν ἀκανθικῶν δὴ —;* VII, 3, 2 *πάντα δὴ —;* VII, 8, 1 *κοινὴ δή;* C I, 9, 3 *τρίτῳ δή;* — 11, 6 *τρίτον δή;* II, 3, 2 *εὔλογον δὴ —;* VI, 16, 5 *ἅπαντα δή;* porro post verba his locis *δή* inveni: VII, 1, 1 *εἰσὶ δὴ —:* VIII, 11, 2 *γίνεται δὴ —;* C II, 18 2 *ἔστι δὴ —:* Fgt. II, 8, 51 *εὑρίσκεται δὴ —;* quibus accedunt duo loci characterum, ubi Fossius *δή* scripsit: p. 7, 8 *Παρασείσαντα δὴ* — et p. 30, 4 *εἰπεῖν δή.* Sequitur ut adverbia afferamus; cf. IV, 4, 1 *ὅθεν δὴ* —; VII, 2, 9 *ἁπλῶς δή*; C III, 3, 3 *ἐνταῦθα δὴ* —; IV, 4, 7 *ὅθεν δὴ* —; Fgt. V, 9, 54, *ὅθεν δὴ* —; VII, 4 *ἐνίοτε δὴ* —; IX 6, *τάχα δὴ* —; XII, 16 *ὅθεν δὴ* —; denique *διὸ δὴ* vidi Fgt. III, 3, 20 et XII, 1.

Omnibus his locis particula *δή* non modo ad totum enuntiatum pertinet, sed etiam verbum, cui postpositum est, premit augetque. Idem cadit ad praepositiones, quae aliquotiens particulâ *δή* corroborantur, ut I, 3, 5 *διὰ δὴ ταῦτα* —; V, 9, 6 *πρὸς δὴ τὰς μανίας* —; C IV, 9, 2 *πρὸς δὴ ταύτας τὰς ἀπορίας* —; IV, 9, 4 *διὰ δὴ ταύτας τὰς αἰτίας* —; 12, 2 *ὑπὲρ δὴ τούτων* —; V, 1, 3 *πρὸς δὴ ταῦτα*; VI, 11, 5 *περὶ δὴ τούτων* —; 16, 1 *περὶ δὴ τούτων;* Fgt. II, 2, 9 *κατὰ δὴ τὴν πύρωσιν.*

Vertamur jam ad pronomina, quibuscum *δή* conjunctum est, incipientes ab pronomine interrogativo, quae verborum conjunctio ut satis usitata apud poëtas, e. c. Aristophanem (cf. Wehr. l. l. p. 64), ita rarissime apud Theophrastum admissa est. Inveni enim unum tantum locum, ubi *δή* in interrogatione recta exstat, cf. Fgt. IV, 14, 64: *Τί δή ποτε Δη-*

μόκριτος τοὺς μὲν χυμοὺς πρὸς τὴν γεῦσιν ἀποδίδωσι τὰς δ' ὀσμὰς καὶ τὰς χρόας οὐχ ὁμοίως πρὸς τὰς ὑποκειμένας αἰσθήσεις, et duo exempla interrogationis obliquae particulâ *δὴ* auctae, cf. C VI, 19, 2 *ὃ δὴ καὶ ἄλογον φαίνεται τί δή ποτε τὸ μὲν ὕδωρ καὶ λεπτομερὲς ὂν τοῦτο καὶ ἄοδμον κτἑ* et Fgt. XII, 18.

Saepissime vero pronomen relativum particula *δὴ* subsequitur, quibus enuntiatis scriptor significat, rem, quae hoc membro dicitur, nemini non notam esse. Exceptis enim characteribus omnia scripta satis multa exempla praebent, ut I, 2, 3 *τὸ μὲν οὖν ὑγρὸν φανερόν· ὃ δὴ καλοῦσί τινες ἁπλῶς ἐν ἅπασιν ὀπὸν ὥςπερ καὶ Μενέστωρ, οἱ δ' ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις κτἑ*. Ceteri loci sunt III, 2, 2; — 4, 1 et 3; 7, 2 et 3; — 12, 1; — 18, 4 et 6 et 8; IV, 4, 1 et 4 et 6; — 6, 2; — 11, 11; — 12, 1; — 14, 3; 16, 1; V, 1, 1; — 2, 3; — 5, 4; — 9, 5; VI, 1, 3; — 3, 4; VII, 5, 4; VIII, 8, 1; IX, 1, 1; — 15, 1 et 2 et 3; C I, 7, 4; — 10, 6; — 11, 7; — 12, 3 et 5; — 16, 2 et 4 et 9 et 11; — 22, 7; II, 9, 9; — 10, 1 et 2; — 12, 5; III, 1, 1; — 2, 2; — 23, 1; IV, 3, 6; — 6, 2; V, 2, 3; — 4, 4; VI, 2, 2; — 6, 6; — 9, 1; — 15, 3; — 19, 2; Fgt. II, 1, 2; — 1, 6 et 8; III, 1, 2; IV, 5, 21; — 6, 29; — 12, 59; V, 4, 28; VII, 1, 2; XII, 15 et 16.

Mirum vero esse potest, quod post relativum *ὅστις*, quod indefinitam habet vim et significationem, *δὴ* locum tenet, de quo usu optime disseruit Hellerus l. l. p. 305 exemplisque illustravit, quibus ex scriptis Theophrasteis unum quidem addere possum, cf. char. p. 17, 7 *ὅ τι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι κτἑ*.

E reliquis pronominibus demonstrativum rarius quam fortasse exspectas particulâ auctum est, quum ejusmodi loci non inveniantur nisi IV, 2, 4 *ἀπὸ τούτου δὴ διαμένει τὸν χειμῶνα μέχρι κυνός·* C VI, 18, 10 *αὕτη δὴ πολλὴ (sc. δρόσος) πίπτουσα καθυγραίνει τὰ μὲν ἄνθη κτἑ*. Frequentius *ὅσος* ita usurpatum invenis, cf. I, 1, 7 *τὸ δὲ μὴ ὁμοίως τῇ θέσει διαφέρει. λέγω δ' οἷον τὸ τοὺς καρποὺς τὰ μὲν ἐπάνω τὰ δ' ὑποκάτω τῶν φύλλων ἔχειν καὶ αὐτοῦ τοῦ δένδρου τὰ μὲν ἐξ ἄκρου τὰ δὲ ἐκ τῶν πλαγίων, ἔνια δὲ*

καὶ ἐκ τοῦ στελέχους οἷον ἡ αἰγυπτία συκάμινος, καὶ ὅσα δὴ καὶ ὑπὸ γῆς φέρει καρπὸν οἷον ἥ τε ἀραχίδνα καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον οὔϊγγον, καὶ εἰ τὰ μὲν ἔχει μίσχον τὰ δὲ μή. Ut hoc loco, ita multis aliis particulae *δὴ* vox *καὶ* adhaeret, quae formula saepius ita in usum venit, ut, quum complures res enumerarentur, verbis *ὅσος δὴ καὶ* extremum membrum a Theophrasto adnectatur, cf. I, 6, 10; — 11, 4; — 13, 1; VIII, 3, 4; C II, 5, 2; — 9, 14; — 17, 4; III, 17, 2; IV, 13, 4; — 15, 3; V, 5, 1; — 15, 4; VI, 4, 6; Fgt. I, 3, 12; III, 1, 1; — 4, 30.

Denique commemorentur *τοσοῦτος, τίς, ὥσπερ, οἷος,* quae verba singulis locis *δὴ* subsequitur et articulus, cui tribus locis *δὴ* appositum est, cf. III, 4, 3 *ἔστι δὲ ὁ ταύτης καρπὸς ἄβρωτος καὶ τὸ ξύλον ἀσθενὲς καὶ χαῦνον· τοσαύτη δὴ διαφορὰ περὶ ἄμφω.* Fgt. II, 1, 1 — *καὶ εἴ τινες δὴ τῆς γῆς αὐτῆς ἰδιώτεραι φύσεις εἰσὶν κτἑ;* C V, 12, 1 *ἀλλ' οἷα δὴ τὰ ἐπέτεια καύματα γίνεται κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν οἷον ὑπὸ κύνα ἀπόλλυται τὰ φυτὰ ἀστροβολούμενα καὶ ἐὰν ἄρα τι τύχῃ πεπηρωμένον ἢ ἀσθενές;* Fgt. XII, 3 *οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ὁ ἀριθμὸς ὅνπερ δὴ πρῶτον καὶ κυριώτατόν τινες τιθέασιν.* IV, 11, 1 *Τοῦ δὴ καλάμου δύο φασὶν εἶναι γένη κτἑ,* VII, 2, 3; IX, 20, 1; C V, 13, 2.

Perlustratis singulis verbis, quibus *δὴ* postpositum est, jam ad eam rationem inquirendam accedamus, qua *δὴ* cum aliis particulis consociatur.

Atque ut ordinem ab Eukenio constitutum observemus primum de *καὶ — δὴ* dicamus, quarum particularum *καὶ* id annectit, quod manifestum et ante oculos positum esse *δὴ* indicat. Ante omnia vero collocatio harum particularum consideranda est, quum ab Aristotele certam quandam legem observatam esse constet. Qui quidem quum *καὶ — δὴ* verbo aliquo interposito scriberet aut, hoc si non factum est, alterum *καὶ* adderet, Theophrastus hanc legem a magistro constitutam ita observavit, ut unus locus ab hac dicendi ratione abhorreat, cf. Fgt. XII, 28 *καὶ δὴ τῷ ἔνια μὴ δοκεῖν κτἑ.* Ceteris vero locis *καὶ — δὴ* particulae uno aut duobus verbis diremptae sunt, ut C IV, 15, 2 *καὶ οἱ φακοὶ δὴ* — II, 5, 4 *καὶ γίνεσθαι δὴ* —; Fgt. XII,

27 *καί ὑποβαίνοντι δή;* char. p. 21, 9 *καὶ ἀνάγεσθαι δὴ —;* I, 6, 7 *καὶ μόναι δὴ —;* VI, 4, 1 *καὶ τρίτον δὴ —;* VII, 9, 2 *καὶ εὔοσμαι δὴ —;* C I, 17, 3 *καὶ ἐπὶ πλεῖον δὴ —;* II, 14, 2 *καὶ ἐμφανέστατα δή;* IV, 6, 3 *καὶ ἔνια δὴ —;* Fgt. XII, 9 *καὶ πρώτη δὴ —;* § 12 *καὶ ἕτερα δὴ —;* § 29 *καὶ ὡς ἔνια δὴ —;* § 30 *καὶ τὸ μέγιστον δὴ —;* char. p. 3, 27 *καὶ τὰ ἄλλα δὴ —;* p. 21, 29 *καὶ ἀμφότερα δὴ —;* porro *καὶ — δὴ* adverbio aliquo disjuncta sunt: II, 8, 1 *καὶ μάλιστα δή,* quae eadem verba leguntur VII, 2, 9; C II, 4, 6: IV, 15, 2; VI, 16, 4; tribus locis etiam *ἔτι* particulas *καὶ — δὴ* dirimit, cf. I, 4, 2; — 6, 7; VI, 6, 3; bis vocabulum quod est *ἅμα;* cf. C IV, 4, 11 et Fgt. III, 6, 49; denique *ὅλως:* C IV, 15, 2.

Contra Theophrastus alteram formulam „*καὶ δὴ καί*", quae inter verba Aristoteles aliam vocem non interposuit nisi *γάρ*, ita conformare solet, ut inter primum *καὶ* et *δὴ* vocabulum aliquod interjiciat; cf. C I, 15, 1 *τοῖς δὲ πολλοῖς διαδίδοται κατὰ μικρά, δι' ὃ ταῦτα ταῖς ὥραις ὑπακούει, καὶ ἔτι δὴ καὶ μάλισθ' ὡς εἰπεῖν διὰ τὸ ἀκλάστων ὄντων καὶ ἀκαθάρτων ἐν πολλοῖς εἶναι κτἑ;* et IV, 6, 3 *οὔτε γὰρ ἀσθενὲς ἀλλ' ἰσχυρὸν ὁ αἰγίλωψ ὥστε ἐκτελεοῦν δύνασθαι πλείω καὶ ἔνια δὴ καὶ τῶν ἀσθενεστέρων τοῦτο δρᾷ.* Vix est quod moneam, alterum *καὶ* in ejusmodi formulis vim intendendi habere. Multo rarius vero *τὲ* et *δὴ* particulae socientur, quum nisi fallor ejusmodi conjunctio his inveniatur locis I, 4, 2 *αὗταί τε δὴ φυσικαί τινες ὥςπερ εἴρηται διαφοραὶ κτἑ;* III, 1, 4 Fgt. II, 5, 28. — 8, 55.

De particulis *οὐδὲ δὴ* conjunctis Eukenius (l. l. p. 43) recte haec fecit verba: Particula *δὴ* autem vulgo nihil aliud nisi vim verbi *οὐδὲ* auget, quamobrem *οὐδὲ δὴ* maxime in usu est, si tales sententiae proferuntur, quae quin falsae sint dubitari nequit. Collocat vero Theophrastus et *οὐδὲ δὴ* et *μηδὲ δὴ* ita, ut nullum verbum interponat, cf. I, 1, 12 *λέγω δὲ [οὐχ] ὁμοιομερὲς ὅτι ἐκ τῶν αὐτῶν μὲν ὁτιοῦν μέρος σύγκειται τῆς ῥίζης καὶ τοῦ στελέχους, ἀλλ' οὐ λέγεται στέλεχος τὸ ληφθὲν ἀλλὰ μόριον ὡς ἐν τοῖς τῶν ζώων μέλεσίν ἐστιν. ἐκ τῶν αὐτῶν μὲν γὰρ ὁτιοῦν τῆς κνήμης ἢ τοῦ ἀγκῶνος, οὐχ ὁμώνυμον δὲ καθάπερ σὰρξ καὶ ὀστοῦν,*

ἀλλ' ἀνώνυμον. οὐδὲ δὴ τῶν ἄλλων οὐδενὸς ὅσα μονοειδῆ τῶν ὀργανικῶν· quo accedunt I, 13, 2; IV, 5, 4; — 14, 4; C II, 9, 7; VI, 8, 6; — 13, 1; Fgt. I, 5, 28. Formula *μηδὲ δὴ* vero legitur C, III, 12, 1 *διὰ τοῦτο γὰρ ἐὰν σφόδρα κάτομβρος ᾖ τοῖς παττάλοις τοῖς σιδηροῖς φυτεύουσι. μηδὲ δὴ συσκάπτειν αὐτοετεὶ μηδὲ τῷ ὕστερον ὅπως μάλισθ' ὁ ἥλιος ξηραίνῃ τὴν κατὰ τὸ φυτὸν γῆν.*

Quum de *μὲν δὴ* particulis conjunctis supra disputatum sit, jam pauca de *δὲ δὴ* addi liceat, quae consociatio particularum nihil Theophrasti proprium praebet. Suam enim quaeque particula vim servat, ita ut *δὲ* oppositionem inferat, quae particulâ *δὴ* premitur, quod maxime post *εἰ* fieri solet, ut apud Aristotelem (cf. Euken. l. l. p. 46); cf. VI, 8, 2 *τὸ δὲ δὴ μέλαν ἴον ὥςπερ εἴρηται δι' ἐνιαυτοῦ θεραπείας τυγχάνον*, VIII, 2, 2; — 11, 6 *ἐρέβινθον δὲ δὴ* —; C I, 7, 3; II, 8, 1; III, 8, 2; — 19, 1; VI, 3, 2; — 5, 1; — 12, 12; — 13, 1 et 2; Fgt. I, 3, 23; III, 6, 33; IV, 3, 7; *εἰ* vero his qui sequuntur locis antecedit, cf. C, 1, 5, 2 *αἱ δ' ἐπομβρίαι καὶ σήψεις τινὰς ποιοῦσι καὶ ἀλλοιώσεις ἐπὶ πολὺ διϊκνουμένου τοῦ ὑγροῦ καὶ τρέφειν καὶ ἐπαύξειν δύνανται τὰ συνιστάμενα θερμαίνοντος τοῦ ἡλίου καὶ καταξηραίνοντος, ὥςπερ καὶ τὴν τῶν ζώων γένεσιν οἱ πολλοὶ ποιοῦσιν· εἰ δὲ δὴ καὶ ὁ ἀὴρ σπέρματα δίδωσι συγκαταφέρων ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας καὶ πολλῷ μᾶλλον;* I, 17, 3; V, 15, 3; VI, 4, 4; — 5, 5; denique uno quidem loco *ἐὰν* locum *εἰ* particulae tenet VI, 8, 4 —, *ἐὰν δὲ δὴ μαλακὸς ᾖ πολλῷ μᾶλλον.*

Etiam particulas *γὰρ δὴ* conjunctas Theophrastus secundum usum, quem grammatici statuunt usurpat, quum *γὰρ* caussam aliquam inferat, cujus vis particulâ *δὴ* urgetur. Non mirum tamen, quod libri de causs. pl. multo frequentius quam cetera scripta hanc formulam exhibent; legitur enim decies in hist. plant., ter et vicies in libris de causs. pl., septies in fragmentis. Loci vero hi sunt; I, 6, 9 *τὸ γὰρ δὴ πᾶν λέγειν τὸ κατὰ γῆς ῥίζαν οὐκ ὀρθόν;* III, 2, 1; — 5, 1; IV, 11, 5; — 16, 1 et 5 et 6; VII, 2, 8; VIII, 4, 1; — 11, 9 C 1, 4, 3; - 12, 9; — 13, 4 et 5; — 16, 12; II, 1, 1; — 3, 3; — 9, 14; — 14, 1; —

16, 5; — 17, 5 et 6; III, 4, 3 et 4; IV, 2, 2; — 4, 5 et 10; — 8, 1; — 12, 1; — 16, 3; V, 2, 4; — 6, 10; VI, 19, 1; Fgt. II, 7, 45; III, 1, 1 et 9 et 23; — 8, 61; IV, 10, 49; XII, 1. Omnibus vero locis numquam γὲ particula alio verbo interposito sequitur, nisi C II, 6, 4.

Particulis vero *καὶ γὰρ δὴ καὶ* conjunctis Theophrastus rarissime usus est, quum duobus tantum locis exstent, C II, 16, 5 *σημεῖον δὲ ὅτι καὶ τὸ ἄγριον τοιοῦτον τῇ ὀσμῇ· καὶ γὰρ δὴ κἀκείνῳ τὸ τῆς φύσεως ἐναντίον* et Fgt. XII, 27.

In usurpanda formula *ἀλλὰ γὰρ δὴ* ad usum scriptorum, qui ante Aristotelem fuerunt, rediit, quum has particulas, quae apud Platonem saepe leguntur (cf. Ast. lexic. Platon. I, 101), apud Aristotelem prorsus desunt, uno quidem loco invenerim, cf. II, 8, 3 *πρὸς γὰρ τούτους (*sc. *καρκίνους) τρέπεσθαι τοὺς κνῖπας. ἀλλὰ γὰρ δὴ ταῖς μὲν συκαῖς αὗται βοήθειαι.*

Elocutiones vero, quae restant, satis erit quam brevissime commemorasse. Legitur *οὐ γὰρ δὴ* I, 8, 4; — 9, 7, Fgt. V, 4, 31 et C II, 6, 4, quo loco γὲ sequitur. Porro *καὶ γὰρ δή:* IV, 16, 1.

μὲν γὰρ δή: C I, 13, 4. — *οὐδὲ γὰρ δή:* C I, 16, 12. Porro *ἀλλὰ δή*: I, 7, 3 (s. f.); I, 14, 5, C I, 22, 5; II, 16, 8; IV, 1. 6; VI, 12, 12; Fgt. XII, 34.

Particularum conditionalium saepissime *εἰ* voci *δὴ* antecedit, ut V, 10, 8 *τὸ δὲ δι᾽ οὗ ἢ διὰ μίσχου ἢ δι᾽ αὐτοῦ καὶ εἰ δὴ πολλὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ*; porro II, 1, 3, — 2, 6 et 10; III, 2, 1; C III, 10, 3; IV, 4, 5; V, 1, 2; Fgt. XII, 8; quum *ἐὰν* et *εἴπερ* singulis tantum locis deprehendi, cf. VI, 6, 3 et C V, 15, 3.

E ceteris conjunctionibus *ὡς δὴ* exstant IX, 17, 4 *ὡς δή τινες λέγουσιν* —; et char. 5, 22; porro *ἄχρι οὗ δὴ* V, 1, 8: Singulis etiam locis *ὅτι δή, ὅπως δή, ἢ δὴ* inveni, cf. VIII, 3, 3 C III, 24, 1; II, 1, 1 (s. f.).

Imprimis vero animadvertatur velim, Theophrastum satis multis locis ita ab Aristotele in usurpandis particulis cum *δὴ* conjunctis abhorrere, ut non modo γὲ cum *δὴ* connectat, quam conjunctionem Aristotelem prorsus repudiare docet Eukenius l. l. p. 49; sed etiam, ut jam supra

dictum est, ad usum eorum, qui ante Aristotelem scripserunt, redeat (cf. Ast. lexic. Platon. I, 371). Sic complures particularum formulae inveniuntur, quae ab Aristotele prorsus alienae sunt, ut *εἰ δέ γε δή*: cf. III, 7, 6 *εἰ δέ γε δὴ καθ' Ἡσίοδον φέρει μέλι καὶ μελίττας ἔτι μᾶλλον;* porro formula *καὶ — γὲ δή*: IV, 2, 7 et Fgt. III, 3, 22; *καὶ — γὲ δὴ καὶ* habes Fgt. II, 4, 26; *ὥς γε δή*: IV, 4, 5; *καὶ ἐάν γε δή*: C I, 19, 3 *καὶ ὥς γε δή*: C IV, 4, 13; Fgt. XII, I.

Jam vero locus sequatur, qui fortasse alicujus est momenti. Namque quum Eukenius (l. l. p. 47) in particulis *μὲν οὖν δὴ* conjunctis offenderit, cujus sententiae Bonitzius (cf. ind. Arist. p. 173[a] 41) non assensus est, Theophrastus quidem C VI, 6, 10: *ἀλλ' οὖν δὴ τούτων μὲν πέρι λόγος ἕτερος* has particulas cumulavit.

Saepius vero particulam *δὴ* in libris de causs. pl., quam in ceteris scriptis legi, non est quod miremur.

Caput IV.

De particulis conclusivis *ἄρα, τοίνυν, ὡς, ὥστε* et finalibus *ἵνα, ὅπως, ὡς, μή.*

De particulis conclusivis disputaturo ante omnia mihi ratio habenda est discriminis, quod inter Theophrastum ejusque magistrum intercedit. Etenim, ut ab *ἄρα* incipiamus (cf. Heller. Philol. XIII p. 68—121, Bäumlein. l. l. p. 49), haec particula alia non sequente apud Aristotelem saepius (cf. Euken. l. l. p. 50, Bonitz. ind. Arist. p. 90[a] 58) apud Theophrastum rarissime invenitur; etenim quum in hist. pl. nullum exemplum exstet, tria cetera scripta singulis locis hanc vocem per se positam praebent; cf. C V, 3, 7 *εἴη δ' ἂν ὥςπερ ἀσθένειά τις ἢ νόσος γεγενημένη τοῦ σπέρματος ἥτις ἀπολύεται μεθισταμένων ἄρα τῶν περὶ τὸν ἀέρα καὶ τὴν τροφήν;* Fgt. XII. 19; char. p. 6, 3 quo loco

magis accedit ad significationem particulae latinae „scilicet“ (cf. Kühner. l. l. p. 722).

Quamquam *ἄρα* saepius cum aliis particulis conjungitur, tamen formulae *ἀλλ' ἄρα*, *κἂν ἄρα, ἄρα γε* frustra apud Theophrastum quaeruntur; sed paucis locis exceptis *ἄρα* semper in enuntiatis conditionalibus locum habet. Quae quidem ut quam brevissime percurramus, simplicissima formula, quae est *εἰ ἄρα,* his tribus locis legitur C II, 16. 3 *ἥ τε τῆς λεύκης εἰ ἄρα ἐστὶ μεταβολὴ γινομένη τις ἂν εἴη παχυνομένου τοῦ δένδρου μᾶλλον ὃ συμβαίνει διὰ τὴν ἡλικίαν,* Fgt. I, 6, 35; XII, 21.

ἐὰν ἄρα, quae ut *εἰ ἄρα* aliaeque formulae nusquam in hist. pl. leguntur, habes C V, 12, 1; — *εἰ δ' ἄρα* legis quinquies in libris de causs. pl., bis in fragmentis, cf. IV, 12, 12; — V, 1, 5; — 4, 6; VI, 5, 2; — 5, 5, Fgt. III, 1, 2; — 7, 56; quum *ἐὰν δ' ἄρα* non viderim nisi his duobus locis I, 14, 1; char. p. 20, 16, ubi *ἂν* pro *ἐὰν* habes.

Πλὴν εἰ ἄρα formula ter exstat, cf. II, 2, 2, IV, 5, 3; — 15, 1. Porro *ἀλλ' εἰ ἄρα* C I, 20, 2; — *εἴ τις ἄρα* I, 14, 1 (s. f.); III, 7, 3, C II, 4, 1, Fgt. III, 2, 19. Eadem formula, negatione interposita legitur C VI, 5, 6. Omnium vero frequentissime particulae *εἰ μὴ ἄρα* conjunctae in usu sunt, quater in hist. pl., septies vicies in libris de causs. pl. et fragmentis, cf. I, 13, 4; IV, 13, 4; VII, 4, 9; IX, 16, 6; C I, 7, 5; — 12, 8; — 22, 7; II, 9, 12 et 13 et 14; IV, 5, 4; — 8, 4; V, 12, 9; VI, 1, 2; — 5, 4; — 6, 10; — 8, 8; Fgt. II, 4, 25; III, 7, 51; V, 7, 42; X, 5; XII, 10; — 11; — 18; — 34. — *Εἴπερ ἄρα* C II, 16, 4 et V, 3, 7.

Ex ceteris particulis nullam cum *ἄρα* conjunctam inveni nisi *ὡς,* quam paucis quidem locis *ἄρα* subsequitur, C I, 21, 2 *ἦ καὶ δῆλον ὡς ἄρα ῥᾷον ἐκπέψαι τὸ περικάρπιον.* II, 9, 9, Fgt. V, 2, 11 et 13; XII, 30.

Brevissime vero de particula *τοίνυν* agemus (cf. Euken. l. l. p. 51), quippe quae in omnibus scriptis Theophrasteis semel tantum vim conclusivam exhibeat, Fgt. I, 6, 33 *συμβαίνει τοίνυν τὸ κατὰ φύσιν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν σκοπεῖν.*

Neque vero multa habeo, quae de ὡς et ὥστε particulis addam, quibus, ut Eukenii (l. l. p. 51) verbis utar, sententia secundaria ex iis, quae antecedunt, significatur. Etenim ut primum ad ὡς accedamus (cf. G. Hermann. ad Sophocl. Antig. v. 292 p. 68) haec particula apud Theophrastum rarissime hac significatione atque vi usurpata est; non invenitur enim nisi I, 5, 2 *πάντα δὲ νέα μὲν ὄντα λειοφλοιότερα, ἀπογηράσκοντα δὲ τραχυφλοιότερα, ἔνια δὲ καὶ ῥηξίφλοια καθάπερ ἄμπελος, τὰ δὲ καὶ ὡς περιπίπτειν οἷον ἀνδράχνη μηλέα κόμαρος*, et cap. 12, 3.

Frequentius ὥστε nobis obvium fit, in quo construendo singula scripta mirum quantum inter se differunt. Etenim quamquam Theophrastus hac particula in universum non secus atque alii scriptores usus est, ut et indicativus et infinitivus et optativus sequatur aut verbum omittatur, tamen rarissime indicativus in hist. pl., numero septies, sequitur, infinitivus contra centies sexies decies, nusquam ἂν particula addita, optativus cum ἂν item nusquam, quum ellipsin verbi post ὥστε septies deprehenderim; in libris vero de caussis pl. Theophrastus tricies bis ὥστε cum indicativo, centies vicies cum infinitivo, semel cum infinitivo ἂν particula addita (cf. VI, 2, 4), sexies cum optativo ἂν apposito (I, 1, 1; — 16, 12; II, 9, 14; III, 1, 3; — 24, 1; VI, 10, 5) et vicies per ellipsin construxit; fragmenta denique (characteres enim semper infinitivum, numero septies, praebent) omnium rarissime, infinitivum post ὥστε exhibent, numero quadragies, contra indicativum tricies ter; idem valet de optativo cum ἄν, qui octies ὥστε sequitur (I, 3, 15; — 3, 19; — 12, 60; — 13, 71; — 16, 87; III, 7, 54; XII, 5); semel indicativus post ὥστε positus est (I, 3, 13), undecies ellipsis sequitur (I, 6, 34; — 11, 58; — 14, 80; III, 4, 35; — 5, 43; V, 7, 43; VII, 1, 12; VIII, 1, 6; IX, 19; — 32; XII, 7), quater ἂν particula infinitivo addita invenitur, cf. IV, 16, 2; V, 3, 2; C II, 12, 5; V, 1, 6.

Singulos locos vero, ubi ὥστε cum infinitivo constructum est, si accuratius examinaveris, effugere te non potest, saepius ὥστε cum infinitivo usurpatum esse, ubi simpli-

cem infinitivum exspectamus. Qui quidem usus quamquam neque ab aliis scriptoribus (cf. Kühner. l. l. II p. 583 A 11) neque ab Aristotele (cf. Bonitz. ind. Arist. s. v. *ὥστε*) abhorret, frequentius tamen apud Theophrastum occurrit. Sunt vero certa quaedam verba, quibuscum haec constructio conjungitur, ut *συμβαίνει* (cf. I, 3, 2 *συμβαίνει γὰρ τοῦτο καὶ οὐκ ἐν πολλῷ χρόνῳ ἀλλ' ἐν ἓξ ἢ ἑπτὰ μησὶν ὥστε μῆκος καὶ πάχος δορατιαῖον γίνεσθαι κτέ.* — 8, 2; — 13, 4; II, 2, 12; — 4, 4; III, 3, 8; — 5, 4; IV, 8, 7; VIII, 2, 2; C IV, 4, 7; — 11, 8; V, 1, 11. Porro post adjectiva, quae sunt *φανερόν, θαυμαστόν, ἄλογον, ἄτοπον,* ut I, 12, 1 *Αἱ δὲ κατὰ τοὺς χυλοὺς καὶ τὰ σχήματα καὶ τὰς ὅλας μορφὰς σχεδὸν φανεραὶ πᾶσιν ὥστε μὴ δεῖσθαι λόγου;* porro exemplum adjectivi *θαυμαστὸν* habes I, 12, 4; *ἄλογον:* CI V, 12; *ἄτοπον:* C V, 13, 4. Aliquotiens post verbum *ἐστὶν* cum substantivo aut adjectivo conjunctum aut ipsum per se positum *ὥστε* cum infinitivo sequitur, ut III, 12, 6: *νόσημα δὲ αὐτῶν ἐστιν ὥστε γηράσκοντα σκωληκόβρωτα γίνεσθαι;* praeterea conferre velis III, 18, 7; IV, 4, 9; — 5, 17; — 14, 6.

Secundo loco hujus capitis particulas finales *ἵνα, ὅπως, ὡς, μὴ* mihi proposui tractare, quas Theophrastus ut magister numquam cum optativo construxit, uno loco excepto, si editionem Fossii, Ussingii et Peterseni sequimur, char. p. 20, 11: *καὶ τοὺς ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον μετὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖν τοὺς τόκους, ὅπως μὴ δ ύ ν α ι ν τ ο ἔξαρνοι γενέσθαι,* ubi Astius conjunctivum *δύνωνται* scripsit.

Jam ut ad singulas tractandas accedamus, omnium saepissime *ὅπως* invenitur, multo frequentius etiam quam *ἵνα.* Namque ut singula scripta percurramus, *ὅπως* in libris de causs. pl. sexagies semel invenitur, contra *ἵνα* undecies tantum obvium fit. Eadem fere ratio est librorum hist. pl., ubi *ἵνα* quattuor, *ὅπως* vero undecim locis exstat, et fragmentorum, ubi *ἵνα* non occurrit nisi III, 9, 64, *ὅπως* vero quinque locis. Libellus vero characterum non modo eo ab ceteris differt, quod, si ambitum illius respicimus, particulas finales omnium frequentissime praebet, sed etiam quod *ἵνα* multitudine locorum particulae *ὅπως* duobus tan-

tum locis cedit; legitur enim ἵνα decies, ὅπως duodecies. Nonnullis vero locis Theophrastus nulla alia de causa ἵνα scripsisse videtur quam ut ejusdem vocis repetitionem evitaret. Conferas velim C III, 12, 1 ubi hunc ordinem particularum habes: ὅπως — ὅπως — ἵνα — ὅπως.

Missa vero particula ἵνα, quippe quae praeterea nihil mentione dignum praebeat, de ὅπως nonnulla afferenda sunt. Primum ὅπως apud Theophrastum numquam cum conjunctivo aoristi primi medii constructum invenitur, contra exempla aoristi primi activi satis multa exstant, cf. VIII, 7, 4 ἡ δὲ ἐργασία τὸ ὡς πλεῖστον χρόνον ἐμμένειν τὸ ὕδωρ ὅπως ἰλὺν ποιήσῃ πολλήν, IX, 3, 2, bis; C III, 5, 1; — 13, 1 et 4; — 20, 7; — 24, 4; IV, 6, 1; VI, 11, 14; char. p. 23, 25 et p. 29, 15 (cf. Bernhardy. paralipp. syntax. Graec. II, 45, 46, Euken. l. l. p. 54). ὅπως cum indicativo futuri (cf. G. Hermann de part. ἄν, opusc. IV p. 124, 130, 131, Bäumlein Untersuchungen über die griechischen Modi und die Partikeln κὲν und ἄν, p. 112), quod aliquotiens inveni, neque in libris hist. pl. neque in fragmentis exstat, sed omnia exempla libri de causs. pl. et char. praebent, numero quinque, cf. III, 4, 3 ἁπλῶς γὰρ τοῦτο δεῖ τηρεῖν ὅπως καὶ πρὸς τοὺς ὄμβρους τοὺς γινομένους καὶ πρὸς τὸν ἀέρα καὶ τὸν ἥλιον ἕξει συμμέτρως; III, 18, 4 char. p. 14, 11; p. 16, 9 et p. 22, 9. Prorsus aliter vero res se habet, si locos examinamus, ubi ὅπως cum particula ἂν conjunctum est. Excepto enim loco C III, 7, 6 ἔοικε γὰρ ὥσπερ ὀχετεία τις εἶναι τῆς τροφῆς τῶν δένδρων ὅπως ἂν ἄγῃ τις., ubi ὅπως vim relativam retinet, omnes locos, quibus ὅπως ἂν vim finalem exhibent, libri de causs. pl., Fgt. et char. praebent, cf. VII, 12, 2; VIII, 1, 7; IX, 8, 7; Fgt. IV, 16, 69; char. p. 11, 9.

De ὡς et μὴ particulis significatione finali pauca habeo, quae dicam, quum utraque hac vi raro apud Theophrastum in usu sit. Invenitur enim ὡς vi finali hoc uno loco, C III, 13, 1; Τὰς δὲ τομὰς πανταχοῦ τῶν φυτῶν βραχείας ὡς ἂν ῥιζωθῶσι καὶ αὐξηθῶσι, cui statim addi liceat duos locos, ubi cum ἂν particula et optativo conjunctum vim relativam retinet, cf. I, 1, 5 (s. f.) καὶ ἁπλῶς δὲ ὅσα

τῶν ἐν φυτοῖς ἀφομοιωτέον τῷ ἐν τοῖς ζώοις, ὡς ἄν τίς τῷ γ' ἀνάλογον ἀφομοιοῖ. et III, 10, 5: Et *μὴ* particula finalis, cujus loco Theophrastus fere semper *ὅπως μὴ* ponit, non legitur nisi IV, 8, 8 *δι' ὃ καὶ ὁ κροκόδειλος φεύγει μὴ προςκόψῃ τῷ ὀφθαλμῷ τῷ μὴ ὀξὺ καθορᾶν·*

Addo, non modo *μὴ οὐ* particulas elliptice usurpatas duobus locis jam ab Eukenio (l. l. p. 56) allatis invenviri, sed esse uno loco etiam *μὴ* per se positum hac ratione scriptum cf. C IV, 12, 13 *ὃ δὲ λέγουσιν οἱ πολλοὶ ὅτι τὸ κερασβόλον ἀτέραμον γίνεται μή ποτ' ἄγαν εὔηθες ᾖ·*

Jam vero nonnullos locos tractare liceat, ubi mea quidem sententia Wimmerus a verbis, quae Schneiderus edidit, nulla causa coactus recessit. Prior legitur I, 4, 2 *ἔστι γὰρ ἔνια τῶν φυτῶν ἃ οὐ δύναται μὴ ἐν ὑγρῷ ζῆν.* Sic Wimmerus verba scripsit, quum Schneiderus post *δύναται* particulam *εἰ* uncis quidem inclusum edidisset, recte ad hunc locum adnotans (cf. tom 3 p. 18): „Cum Britanno *εἰ μὴ* dedi comparato loco infra c. 14, 3“ ubi haec verba leguntur: *καὶ γὰρ τῶν φυτῶν ἔστι τι τοιοῦτον γένος ὃ οὐ δύναται φύεσθαι [εἰ μὴ] ἐν ὑγρῷ,* dicens tom. 3 p. 90: *„ὃ οὐ δύναται φύεσθαι ἐν ὑγρῷ*], „ut nisi in solo madente nasci minime possit“ Gaza, qui vitium vulgatae arguit, ut locus superior 4, 2 *ἔστι γὰρ ἔνια τῶν φυτῶν, ἃ οὐ δύναται μὴ ἐν ὑγρῷ ζῆν.* Utroque loco vitium vidit et correxit Brit.“ Quamquam per se manifestum est, particulam *εἰ* utroque loco facillime propter syllabam, quae praecedit, intercidere potuisse et Wimmerus altero quidem loco intellexit, particula *μὴ* non addita enuntiatum sensu carere, qua re illam addidit; quum praeterea multis exemplis ab hominibus doctis demonstratum sit, frequentissime *εἰ* a librariis omissum restituendum esse (cf. quae Eukenius l. l. in calce p. 64 adnotavit), equidem non dubito quin Schneiderus *εἰ* et *εἰ μὴ* suo jure receperit.

Ultimo loco commemoro, Theophrastum particulam *ὡς* post verba dicendi, *δῆλον* et quae similia sunt, posuisse et hac re ab magistro differe videri (cf. Bonitz. ind. Arist. p. 871^b 55). Qui quum *ὡς* usu conjunctionali cum modis finitis post verba dicendi raro usurpaverit, de Theophrasto fere contrarium dicendum est. Sic in characteribus sem-

per ὡς post verba dicendi usus est exceptis iis locis, ubi nulla alia de caussa ὅτι scripsisse videtur, quam ut ejusdem vocis molestam repetitionem evitaret, cf. p. 6, 25 ubi post verbum λέγειν hunc particularum ordinem habes: καὶ ὡς — καὶ ὡς — καὶ ὅτι — καὶ ὡς — καὶ ὡς et p. 11, 3 ὅτι — ὡς — ὅτι. Ceteris vero locis semper ὡς legis; ita post λέγειν: p. 6, 26 et 27 et 28; p. 7, 1 et 4; p. 11, 3 et 23 et 31; p. 27, 6; post verbum εἰπεῖν p. 25, 11 et 16; p. 31, 23 et 25; post φῆσαι p. 31, 12; post διηγεῖσθαι p. 23, 30; p. 24, 31; p. 27, 23 et 26.

Characteribus vero simillimi sunt libri de causs. pl., ubi ὡς quater decies, ὅτι septies tantum post haec verba legis. Ὡς enim repperi II, 14, 2; — 17, 2; III, 10, 3; IV, 3, 7; — 11, 6; V, 12, 3; VI, 8, 1; — 12, 1; — 17, 7 post λέγειν; IV, 2, 2 post εἰπεῖν; II, 9, 9 et VI, 8, 2 post διαμφισβητεῖν; II, 9, 12 post κηρύττειν; V, 12, 11 post δηλοῦν; denique λόγος ὡς habes I, 16, 7; contra ὅτι his locis exstat: V, 14, 2; VI, 6, 2; — 7, 3 post λέγειν; I, 1, 1; II, 10, 1; IV, 10, 1 post εἰρῆσθαι; III, 1, 1 post εἰπεῖν.

Ut denique rationem hist. pl. et fgt. addam, ὅτι in hist. pl. duodecies (II, 6, 5; — 8, 2; III, 1, 2; IV, 7, 8; VI, 2, 8; — 3, 4; VIII, 2, 8; — 4, 5; — 7, 1 et 6; IX, 17, 1; — 18, 4 et 9); legitur, ὡς novies: II, 5, 2; — 6, 5; III, 8, 5; — 10, 3; VI, 5, 2; IX, 14, 1; — 16, 2; porro verbum εἰπεῖν sequitur ὅτι IX, 4, 1; contra ὡς IX, 17, 2; et I, 9, 5 legitur μυθολογοῦσι δὲ ὡς —. Etiam fragmenta saepius ὅτι quam ὡς praebent; ὅτι enim exstat septies (I, 11, 58; — 12, 59; III, 1, 4; — 4, 39; XII, 7 et 12 et 26); ὡς quater: XII, 11 et 16 et 18 et 26.

Accedamus jam ad formulam δῆλον ὡς, quae verba Theophrastus ut magister (cf. Bonitz. ind. Arist. p. 871ᵇ 61 et 173ᵇ 28) saepius pro δῆλον ὅτι scripsit. Exceptis enim eis locis, ubi δῆλον ὅτι adverbii instar est, quod ex collocatione vel ex constructione verborum apparet, saepius ὡς quam ὅτι cum adjectivo δῆλον conjunctum inveni, praesertim in libris de causs. pl., ubi ὡς vicies bis est positum, cf. I, 7, 5; — 12, 10; — 20, 6; — 21, 1 bis; II, 4, 3; — 4, 9; — 7, 3; — 9, 11; — 15, 1; III, 2, 2; — 10, 2; —

12, 1; — 17, 3; IV, 12, 6; — 16, 4; V, 1, 10; VI, 2, 2; — 10, 4; — 11, 5; — 16, 7; contra ὅτι octies tantum: I, 7, 2; — 19, 5; II, 5, 4; — 9, 4 et 13; — 15, 5; V, 12, 11; VI, 10, 8; in libris hist. pl. utraque particula rarius in usum venit, ὡς quater (I, 2, 2; III, 18, 12; V, 4, 1; VIII, 7, 5); ὅτι ter (I, 2, 3; — 13, 1; VIII, 11, 7); saepius vero ὡς legitur in fragmentis, numero tredecies (I, 3, 13; — 8, 39; — 11, 52; — 13, 70; III, 1, 6; — 2, 17; — 2, 25; IV, 2, 4; — 3, 7; V, 3, 16; IX, 11 et 12; X, 2; XII, 5) et ὅτι quinquies (I, 4, 26; V, 3, 22; — 3, 25; VII, 10; XII, 27).

Quum vero formula φανερὸν ὅτι idem fere significet ac δῆλον ὅτι, factum est, ut nonnullis locis etiam ὡς pro ὅτι illud adjectivum subsequatur; sed iterum mirum quantum singula scripta inter se differunt; Quum enim ὡς post φανερὸν in hist. pl. numquam loco particulae ὅτι positum sit, sed semper ὅτι (cf. I, 6, 10; — 13, 5; IV, 1, 5; — 13, 2; V, 2, 3; VII, 2, 1; — 14, 8; VIII, 2, 6; IX, 1, 5; — 17, 4), in libris de causs. pl. ὡς sexies cum φανερὸν conjunctum est (I, 10, 5; IV, 1, 3; VI, 2, 2; — 4, 6; — 11, 5; — 14, 2); neque minus in fragmentis, cf. I, 13, 64; II, 2, 11; III, 1, 3 et 6 et 9; — 2, 10.

Caput V.

De particulis conditionalibus et temporalibus.

De particulis conditionalibus quam brevissime liceat disputare, quia primo loco εἰ cum conjunctivo, quam constructionem homines doctos (quorum sententias v. apud Eukenium l. l. p. 59) quam maxime exercuisse constat, apud Theophrastum quidem nusquam vidi.

Quo accedit, quod usus particulae εἰ artioribus finibus apud Theophrastum circumscriptus est. Neque enim formula ὥςπερ ἂν εἰ, neque κἂν εἰ, neque καθάπερ ἂν εἰ ullo

loco inveniuntur, sed sunt certae quaedam elocutiones, quibus Theophrastus usus est.

Omnium rarissime legis *κἂν εἴ τις,* quam formulam editio Schneideriana quidem nondum praebet. Sed quum VII, 11, 1 *λέγω δὲ οἷον τὰ σταχυώδη καὶ τὰ σκανδικώδη καὶ μυοφάα κἂν εἴ τι ἕτερόν ἐστι τοιοῦτον κτἑ* et optimus codex U et M verba *κἂν εἴ τι* exhibeant, Wimmerus optimo jure hanc lectionem recepit, quamquam negari non potest, non sine causa Schneiderum *καὶ εἴ τι* scripsisse, quippe quae formula frequentissime, *κἂν εἴ τι* autem hoc uno loco inveniatur. Occurrit enim mihi *καὶ εἴ τις* sexagies septies, cf. II, 2, 8 *εὔλογον δὲ καὶ εἴ τις τὸν παρ' ἡμῶν φοίνικα φυτεύοι ἐν Βαβυλῶνι, κάρπιμόν τε γίνεσθαι καὶ ἐξομοιοῦσθαι τοῖς ἐκεῖ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ εἴ τις ἑτέρα προςάλληλον ἔχει καρπὸν τόπῳ·* porro III, 5, 6; IV, 1, 2; V, 1, 1; VI, 1, 1; — 3, 7; — 4, 3; VII, 2, 1 saepiusque.

Utraque vero formula aliquid addi, quod magis generale sit, jam per se patet, ut supersedeam hanc loquendi rationem multis exemplis illustrare.

Tertia formula est *εἴ τις δή,* cujus significatio prope ad *κἂν εἴ τις* et *καὶ εἴ τίς* accedit; legitur tamen multo rarius quam *καὶ εἴ τις,* cf. II, 1, 3 *αὕτη (*sc. *ἄμπελος) γὰρ οὐδ' ἀπὸ τῆς πρώρας ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κλήματος φύεται, καὶ εἰ δή τι τοιοῦτον ἕτερον ἢ δένδρον ἢ φρυγανῶδες κτἑ;* — 2, 10; III, 2, 1; C III, 10, 3; IV, 4, 5 quo loco (verba haec sunt: *περὶ δὲ τῆς ἐξαλλαγῆς εἰς ἕτερον γένος ὥςπερ ἐκ πυρῶν εἰς αἴρας καὶ εἰ δὴ πάλιν τῶν αἰρῶν εἰς πυροὺς καὶ τῶν ζειῶν εἰς βρόμον ἄτοπον αὐτῷ τε τῷ συμβαίνοντι καὶ τῷ ἰδίῳ·)* equidem „*τί*" inserendum esse censeo neque Schneideri sententia mihi probatur, qui tom. 4 p. 307 adnotat: „Gaza verba *εἰ δὴ* omisit nec equidem sensum eorum assequor nisi posita sunt ut Atticorum *εἴπερ* aut *ἀνάπαλιν* scribendum." Sed quum difficile sit intellectu, quomodo haec verba in textum qui dicitur irrepserint, contra facillime vocabulum *τὶ* ante litteram *π* omitti potuisse eluceat, mea quidem sententia Theophrastus etiam hoc loco

καὶ εἰ δή τι scripsit, quae verba nihil praebent, in quo offendamus.

Absoluto usu particulae *εἰ* jam consideremus rationem, qua *εἴπερ* usurpatum est. Atque primum commemorandum est, Theophrastum hac particula non secus ac magistrum usum esse (cf. Bonitz. ind. Aristot. p. 217[a] 51), quum numquam *γὲ* sequatur, quod apud alios scriptores haud raro fieri grammatici docent (cf. Klotz. ad Devar. II, 310, Bäumlein. l. l. p. 203), saepe vero haec particula elliptice usurpata sit. Differunt quidem singula scripta hoc usu quam maxime; invenitur enim haec constructio in hist. pl. septies (cf. I, 8, 1; II, 7, 5; III, 7, 2; VII, 13, 5; VIII, 2, 9; IX, 2, 6; — 18, 9) in libris de causs. pl. quinquies et vicies (cf. I, 12, 7; — 19, 4; — 20, 2, II, 5, 3; — 7, 1; — 16, 3; III, 10, 2; IV, 3, 3 et 5; — 4, 1 et 12; — 6, 1 et 2; — 8, 4; — 12, 5; V, 3, 3; — 11, 1; — 14, 8; VI, 3, 5; — 5, 1; — 8, 1 et 4; — 13, 2; — 16, 4; — 19, 1); et omnium frequentissime, si libri ambitum respicis, in fragmentis I, 6, 32; — 13, 69; II, 1, 5; III, 9, 63; IV, 9, 52; VII, 6; IX, 23; XII, 10 et 11 et 16 et 30 et 33 et 34.

Rarissime vero *εἴπερ* cum aliis particulis conjungitur, quum nullam invenerim nisi *ἀλλά*, cui *εἴπερ* adnectitur, cf. I, 8, 1 *ἄνοζα δὲ λέγω οὐχ ὥστε μὴ ἔχειν ὅλως — οὐδὲν γὰρ τοιοῦτο δένδρον, ἀλλ' εἴπερ, ἐπὶ τῶν ἄλλων οἷον σχοῖνος τύφη κύπειρος ὅλως ἐπὶ τῶν λιμνωδῶν — ἀλλ' ὥστε ὀλίγους ἔχειν.*, ubi iterum *εἴπερ* elliptice usurpatum exstat, quemadmodum II, 7, 3, C V, 14, 8; VI, 3, 5; — 5, 1; Fgt. III, 9, 63; XII, 16 et 33 et 34.

Particula *ἤν*, quam Aristoteles prorsus repudiavit, semel quidem obvia fit, C II, 15, 6 *τῶν δὲ λαχανωδῶν ἢ ποιωδῶν ὅσα κολουόμενα ἢ κειρόμενα βελτίω καθάπερ τά τε πράσα καὶ ἡ ῥάφανος ἢν παλιμβλαστὴς ᾖ καὶ ἡ μηδικὴ καὶ ἡ θρίδαξ κτέ.* Hoc loco excepto semper *ἐάν*, et fere tricies *ἄν* in usu est. Idem fere valet de particulis *καὶ ἐὰν* et *κἄν*, quamquam forma *κἄν* in hist. pl. saepius quam exspectas invenitur; namque quum *ἄν* quater tantum in his libris (I, 7, 3; — 10, 5; III, 1, 1; — 1, 6) exstet, forma *κἄν* terdecies mihi occurrit (II, 8, 1 et 4; III, 1, 2; — 6,

1 et 3; — 13, 4; — 15, 4; IV, 4, 2; — 13, 4; — 15, 4; 16, 1 bis; — 16, 5). In libris vero de causs. pl. *ἄν* vicies, *κἄν* quinquies decies exstat; in fragmentis *ἄν* novies legis, *κἄν* sexies, denique in characteribus *ἄν* ter, *κἄν* sexies.

Restat, ut addam, *ἐάνπερ*, quod apud Aristotelem interdum legitur (cf. Euken. l. l. p. 65) apud Theophrastum in usu non esse.

Sequitur ut ad particulas temporales transgrediamur, quarum vox *πρὶν* apud Theophrastum secundum usum, quem grammatici (cf. G. Hermann. de part. *ἄν* op. IV p. 103—109, Bäumlein. Untersuchungen über die griechischen Modi etc. p. 89—91, p. 237—240, p. 342—347, Klotz. ad Devar. II p. 727 sqq.) statuunt, usurpata est. Nullo tamen loco *πρὶν* cum indicativo et optativo constructum est, in quo non offendimus, quod *πρὶν* cum indicativo magis scriptoribus rerum gestarum convenit, *πρὶν* vero cum optativo obliqua tantum in oratione reperitur (cf. Klotz. l. l. p. 727). Transeuntibus igitur ad *πρὶν* cum conjunctivo, quae constructio locum habet, si sententia, quae antecedit, est negativa, unus modo locus nobis occurrit (cf. VIII, 2, 4 *ἀλλ' οὐ πρότερον φανερὸς γίνεται πρὶν ἄν προαυξηθεὶς ἐν τῇ κάλυκι γένηται, τότε δὲ ἡ κύησις φανερὰ διὰ τὸν ὄγκον)* ubi *πρὶν ἄν* cum coujunctivo exstat. Attamen non modo hoc loco adducimur, ut cum Wimmero faciamus, qui VII, 13, 7 *ἐπὶ δὲ τούτων οἷον ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς φαίνεται καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἡμερῶν καὶ διὰ τὸ μὴ πρότερον βλαστάνειν πρὶν [ἄν] τοῦ μὲν τὸ ἄνθος τοῦ δὲ καὶ ὁ καυλὸς ὅλος ἀπογηράσῃ.* particulam *ἄν* inserendam esse censuit, sed quod multis exemplis grammatici demonstraverunt, hanc particulam saepissime ab librariis omissam esse (cf. G. Hermann. ad Eurip. Medeam v. 215). Cui loco contrarius est, qui legitur VI, 4, 52, ubi *πρὶν* particulam non modo *ἄν* sequitur sed huic *ἄν* vox *ἤ* antecedit, cf. Fgt. VI, 4, 52 *οὐ γὰρ πέτονται πρὶν ἢ ἄν πετόμενοι καθαρὰ ἴδωσι.* De particulis *πρὶν ἤ* conferas velim, quae Eukenius l. l. p. 6 disseruit. Omnium frequentissime *πρὶν* cum infinitivo invenitur, numero septies, cf. IX, 8, 5 *τὰς δὲ νύκτωρ* (sc.

συλλέγειν κελεύουσι) τὰς δὲ μεθ᾽ ἡμέραν, ἐνίας δὲ πρὶν τὸν ἥλιον ἐπιβάλλειν οἷον καὶ τὸ καλούμενον κλύμενον.

Μέχρι particula conjunctionis loco posita fere semper conjuncta est cum verbis *οὗ ἂν* et formula *μέχρι οὗ ἂν* octo locis usurpata est, cf. I, 7, 3 *ἀπὸ γὰρ τῶν βλαστῶν ἀφίησι μέχρι οὗ ἂν συνάψῃ τῇ γῇ καὶ ῥιζωθῇ κτέ;* porro II, 5, 4; IV, 7, 3; VIII, 5, 4; C V, 1, 12; — 17, 2; VI, 11, 12; — 14, 11.

Eo magis mirum esse videri potest, duos locos ab hoc dicendi genere abhorrere, quorum prior exstat IV, 8, 9 *τοῦτο δὲ ποιεῖ μέχρι ἂν ἡ κωδύα ἐκτελεωθῇ καὶ τὰ ἄνθη περῖρρυῇ.* Quamquam hoc uno loco *οὗ* deest, quod verbum facillime excidere potuisse negari non potest, tamen quominus *οὗ* inseramus, obstat, quod haec constructio non modo apud alios scriptores Atticos (cf. Krüger. Griechische Sprachlehre I, 69, 87, Kühner. l. l. II p. 949, 951) sed etiam apud Aristotelem in usu est (cf. Euken. l. l. p. 67). Alter locus est Fgt. I, 13, 75 *ἡμᾶς τε γὰρ θερμαινομένους ἐρυθραίνεσθαι καὶ τὰ ἄλλα τὰ πυρούμενα μέχρις ἂν οὗ ἔχῃ τὸ τοῦ πυροειδοῦς,* ubi non modo collocatio verborum *ἂν οὗ* offendit, sed etiam ς littera, quae voci *μέχρι* adnexa est. Sed quum ejusmodi collocatio verborum neque ab Aristotele aliena sit (cf. ind. Arist. p. 464[a] 61), de littera ς vero idem valeat, quod de ς littera, quae particulae *ἄχρι* interdum addita est, de qua infra pauca afferemus, non est, cur hanc dicendi rationem Theophrasto abrogemus.

Una cum *μέχρι* tractanda est particula *ἄχρι,* in qua usurpanda singula scripta mirum quantum inter se differunt, ut Eukenii verba restringenda sint, quae dicit l. l. p. 67: „*Ἄχρι* quum apud optimos scriptores Atticos raro (cf. Krüger. l. l. I, 69, 13) inveniatur, non offendimus, quod apud Aristotelem omnino non in usu sit, sed eo magis mirum est, apud Theophrastum satis multis locis adhiberi. Invenitur enim in hist. pl. praepositionis loco: IV, 13, 3; VI, 5, 2; VII, 2, 5; — 7, 4; — 11, 3 et 4; VIII, 10, 4; IX, 4, 10; — 14, 2," quo addere velis VII, 9, 1; id est sexto, septimo, octavo et nono libro et IV, 13, 3, in quibus libris praepositio *μέχρι* nunquam usurpata est nisi VI, 4,

8 *(μέχρι τοῦ θέρους)*, in primo, secundo, tertio, quarto libro (quintus neque *μέχρι* neque *ἄχρι* praebet) semper *μέχρι* in usum venit, cf. I, 2, 2 et 4; — 13, 4; II, 2, 4; — 6, 5 et 10: III, 3, 5 et 5; — 7, 1; — 13, 4; IV, 2, 4; — 8, 1 et 10; — 9, 2; — 16, 4. Quo accedit, quod omnes libri de causs. pl. uno loco excepto (II, 16, 8 s. f. *ἄχρι τούτων)* semper *μέχρι* exhibeant, numero undecies, cf. I, 2, 4; — 7, 4; — 9, 2; — 11, 6 et 8; — 13, 10; — 19, 13; II, 9, 13; — 19, 1; III, 4, 1; — 6, 9; IV, 6, 3; V, 1, 6; — 6, 3; — 17, 1 et 2; — 18, 1; VI, 14, 9; — 16, 3. In fragmentis vero ita res se habet, ut *ἄχρι* ter (I, 5, 28; II, 9, 63, XII, 27), *μέχρι* vero quater et vicies legatur I, 2, 5 et 6 bis; — 15, 85; II, 2, 12; III, 3, 27; — 13, 76; IV, 7, 34; V, 2, 10; VI, 1, 5 et 6 et 7 quater; — 2, 27 bis; 3, 38; XII, 6, — 13 bis, — 15; — 25; — 26. Reliquum est, ut afferam, uno loco (Fgt. III, 7, 56) *μέχρις ὅταν* in usu esse, altero (char. 21, 4) cum praepositione *ἐπὶ (μέχρι ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν)* compositum esse.

Sed revertamur ad *ἄχρι* conjunctionis loco positum, cujus complures formulae discernendae sunt. Primo enim loco obvia fit *ἄχρι οὗ ἄν*, quae legitur II, 5, 4 *καὶ γίνεσθαι δή φασι καὶ καλλίω ταῦτα τὰ φυτὰ μέχρι οὗ ἂν ᾖ νέα;* et § 5. Altera formula *ἂν* particulam non praebet, quae, num duobus locis, ubi deest, inserenda sit, equidem dijudicare non ausus sim; sunt vero hi loci: V, 1, 8 *αὐξάνεται δὲ πρῶτον εἰς μῆκος ἄχρι οὗ δὴ ἐφίκηται τοῦ ἡλίου;* et C III, 16, 3. Denique videamus formulam *ἄχρις ἄν*, quae non exstat nisi Fgt. II, 2, 12 *καίονται γὰρ ὅταν ἄνθρακες ἐπιτεθῶσι καὶ μέχρι τούτου ἄχρις ἂν φυσᾷ τις κτέ*, et V, 16, 61 — *ἄχρίς ἂν ὁ ἥλιος ἀνίσχῃ.* Utroque loco ut apud *μέχρις* (Fgt. I, 13, 75) deprehendimus litteram *ς* illi particulae adnexam, de qua Klotzius ad Dev. II p. 230 disputat comprobatque, tenendum esse praeceptum Moeridis Atticistae, qui de hac re haec dixit: *Ἄχρι, ἄνευ τοῦ σ Ἀττικῶς, ἄχρις, Ἑλληνικῶς.*

Particula *ἕως*, quae praepositionis loco bis tantum apud Theophrastum in usu est, cf. III, 12 7 *ἕως τῆς ἰνὸς* et Fgt. VI, 1, 7 *ἕως ἰσημερίας*, semel quidem cum indicativo con-

juncta est: C I, 6, 9 *τοῦ γὰρ ἦρος πολλὴ λίαν ἡ ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν ἕως ἔτι διαμένει τὸ δάκρυον.*

Multo saepius ἕως cum conjunctivo est conjunctum, addita particula ἄν, qui usus his exemplis illustrari potest, II, 6, 4 *φέρει δὲ ἕως μὲν ἂν ᾖ νέος ἀπύρηνον τὸν καρπόν, μετὰ δὲ τοῦτο πυρηνώδη.*; IV, 6, 5; VII, 2, 4; VIII, 2, 8; — 11, 9; C VI, 6, 8, Fgt. I, 2, 8; II, 8, 56; III, 3, 22; — 13, 75 char. p. 5, 24, p. 18, 5 (ubi Astius auctore Fischero sine dubio recte ἂν interposuit), p. 21, 20; p. 32, 15. De discrimine vero, quod intercedit inter ἕως cum conjunctivo praesentis et cum conjunctivo aoristi conferas Eukenium l. l. p. 66. Legitur vero conjunctivus praesentis praeter locum, quem ascripsi, IV, 6, 5; VII, 2, 4; C VI, 6, 8; Fgt. III, 3, 22; — 13, 75.

Quum particula ἔστε apud Theophrastum nusquam reperiatur, statim ad particulam ὅτε transire liceat, quae secundum regulas grammaticorum ab Theophrasto usurpata est. Indicativus enim, ut ab hoc exordiar, octies eam vocem sequitur, ut II, 6, 4 *οἱ δὲ ἐν Βαβυλῶνι περὶ τὸ ἄστρον, ὅτε καὶ ὅλως οἵ γε πολλοὶ φυτεύουσιν, ὡς καὶ παραγινομένου καὶ αὐξανομένου θᾶττον.* IV, 7, 3 et 7; — 13, 6; — 15, 3; V, 4, 6; C I, 5, 1; char. p. 21, 27. Contra optativum his duobus locis vidi: IV, 7, 4 *συμβαίνει δὲ ὅθ᾽ ἡ πλημμυρὶς ἐπέλθοι τὰ μὲν ἄλλα κατακρύπτεσθαι ὅλα τῶν δὲ μεγίστων ὑπερέχειν τοὺς κλάδους ἐξ ὧν τὰ πρυμνήσια ἀνάπτειν, εἶθ᾽ ὅτε πάλιν ἄμπωτις γίνοιτο ἐκ τῶν ῥιζῶν.* Quo accedit unus locus, ubi ὅτε elliptice exstat, cf. V, 9, 5 *λέγω δὲ τὰ ὑγρὰ τὰ ἕλεια οἷον πλάτανον ἰτέαν λεύκην αἴγειρον. ἐπεὶ καὶ ἡ ἄμπελος ὅτε ὑγρὰ δύσκαπνος.*

Ex ceteris particulis temporalibus ὁπότε tribus locis inveni, cf. IX, 18, 4 *ταύτης δὲ καὶ τὸ ὅλον εἶναι τὴν ἀδυναμίαν καὶ εἰς χρόνον ὡρισμένον οἷον δίμηνον ἢ τρίμηνον, ᾗ καὶ χρῆσθαι πρὸς τοὺς παῖδας ὁπότε βούλοιντό τινα κολάσαι καὶ σωφρονίσαι.* porro C V, 4, 4 et V, 14, 6. Neque vero frequentius ἡνίκα in usum venit, quum tribus modo locis nobis occurrat IV, 3, 2 *τὸ γ᾽ οὖν Ὀφέλλου στρατόπεδον ἡνίκα ἐβάδιζεν εἰς Καρχηδόνα καὶ τούτῳ φασὶ τραφῆναι πλείους ἡμέρας ἐπιλιπόντων τῶν ἐπιτηδείων.* IV, 11, 4 char. p. 32,

16. Porro *ἐπειδή*, quam particulam saepius scriptores pro simplici *ἐπεὶ* usurpaverunt, etiam apud Theophrastum saepius exstat; cf. VI, 4, 1 *Τῆς δ' ἀκανθικῆς, ἑπόμενον γὰρ τοῦτο εἰπεῖν, ἐπειδὴ διῄρηται τὸ μὲν ἀκανθῶδες ὅλως τὸ δὲ φυλλάκανθον, ὑπὲρ ἑκατέρου χωρὶς λεκτέον κτἑ.* C III, 7, 5; — 15, 4; IV, 1, 1; VI, 1, 1; — 14, 1; Fgt. II, 7, 47; — 8, 52; III, 2, 18; XII, 7, char. p. 30, 8. *Ἐπείπερ* mirum in modum numquam in libris hist. pl. et characteribus, contra decies in libris de causs. pl. et bis in fragmentis exstat cf. C I, 11, 7; — 16, 3; — 20, 2; — 21, 4; II, 3, 2; III, 11, 5; V, 12, 1; VI, 2, 3; — 10, 3; 15, 2; Fgt. II, 1, 3; XII, 5.

Restat, ut particulas temporales cum particula *ἂν* compositas addam, quarum *ὅταν* in omnibus scriptis saepissime legitur. Prorsus vero deest *ἡνίκ' ἄν*, quum *ἐπὰν* tribus quidem locis reppererim, cf. IV, 8, 11 *ἐπὰν δὲ σαπῇ τὸ κέλυφος ἐν τῷ ποταμῷ κλύζοντες ἐξαιροῦσι τὸν καρπὸν κτἑ.* V, 7, 2; char. 26, 15 et p. 5, 21, ubi Fossius *ἐπὰν παύσηται* de conjectura scripsit, quem Petersenius non secutus est. *Ἐπειδὰν* sexies in hist. pl., semel in libris de causs. pl. inveni, cf. I, 7, 1 ubi Wimmerus sine dubio suo jure *ἐπειδὰν* restituit. Ceteri loci suut: II, 7, 3; — 8, 2; IV, 4, 2; — 8, 5; — 13, 6; C III, 6, 2. *Ὁπόταν* vero neque in libris de causs. pl. neque in fragmentis neque in characteribus legitur, sed omnia, quae hujus particulae exempla exstant, praebet hist. pl.: cf. II, 6, 4 *μετὰ δὲ ταῦτα περιτέμνουσι ὁπόταν ἁδρὸς ἤδη γένηται καὶ πάχος ἔχῃ*; — 8, 3; IV, 7, 3.

Caput VI.

De particula *τοί.*

Antequam ad rationem, qua Theophrastus particula *τοὶ* usus est, transeam, praemitto, particulam *ἦ* (cf. Klotz. ad Devar. II, 592) apud Theophrastum numquam inveniri,

quippe quae magis dicendi rationi dialogi, ubi quid certo quodam affectu affirmatur, conveniat.

Accedamus igitur statim ad *τοὶ* particulam, quae, ut apud alios scriptores fit, apud Theophrastum semper cum aliis particulis conjuncta est, uno loco excepto, ubi *τοὶ* per se est positum, Fgt. III, 8, 59 *τὸ μὲν γὰρ διαδὺν δύναιτ᾽ ἂν διοδοποιεῖν, τὸ δὲ ὥσπερ ἐπαλείφει καὶ ἐπιπωματίζει. διά τοι τοῦτο σβεστικώτατον εἶναί φασιν ἐάν τις μίξῃ τὸ ὄξος ᾠοῦ τῷ λευκῷ.*

Etiam particulae *ἀλλά τοι* et *γάρ τοι* (cf. Klotz. ad Dev. II p. 68) conjunctae, quarum significatio per se patet, quum suam quaevis particula vim retineat, rarissime, id est singulis tantum locis in usum venerunt, cf. III, 7, 3 *φέρει μὲν καὶ ἡ καρποφόρος, εἰ μὴ καὶ πᾶσα ἀλλά τοι γένος τι αὐτῆς, οὐ μὴν ἀλλὰ πλέον ἡ ἄκαρπος ἣν δὴ καὶ ἄρρενά τινες καλοῦσιν* et I, 1, 3 *ἔοικε δὲ παραπλησίως καὶ τὰ περὶ τὴν βλάστησιν ἔχειν. ἡ γάρ τοι βλάστησις γενέσεως χάριν ἐστὶ τῆς τελείας.*

Οὔτοι vero numquam inveni, contra *οὔτι* bis, quod auctore Astio (lexic. Platon. II p. 693) ita differt ab *οὔτοι,* ut hoc vertendum sit „non vero“ haud sane“ „neque tamen“, contra *οὔτι* „neutiquam, haudquaquam“. Legitur vero his locis: C I, 12, 4 *εἰ δὲ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει τοῦτ᾽ ἐπί τινων ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀλλ᾽ οὔτι γε ἐν τῇ τροφῇ καὶ αὐξήσει, τὰ μὲν πρότερον τρέφεσθαι, τὰ δ᾽ ὕστερον κτὲ* et I, 13, 1.

Particulas *ἤτοι* — *ἢ* satis frequenter apud Theophrastum legis, neque verba Eukenii p. 72: „Apud Theophrastum quoque *ἤτοι* — *ἢ* rarissime usurpatur, cf. hist. pl. V, 2, 2“ de omnibus scriptis valent. Etenim non modo quinquies in libris de causs. pl. sed etiam ter in Frgt. et semel in char. haec formula exstat, cf. C I, 8, 4 *καίτοι τό γ᾽ εὐθυπορεῖν ὑπάρχει τισὶ τούτων, ἀλλ᾽ ἤτοι πυκνότης ἢ ξηρότης ἢ ἄμφω κωλύει;* II, 15, 3; IV, 6, 3; — 11, 5; V, 1, 5 Fgt. I, 13, 72; II, 8, 50; XII, 20; char. p. 10, 31. Nullo vero loco *γὲ* particula sequitur, quemadmodum apud alios scriptores fieri docet Hartungius l. l. II, p. 357.

His exemplis subjungatur C I, 4, 1 ubi particulae *ἤτοι*

vox *ἀλλὰ* praecedit; *εὐξήραντοι γὰρ αὗται καὶ ἀσθενεῖς εἰς διαμονήν. ἀλλ' ἤτοι χιτῶνας ἔχειν πλείους καὶ ἅμα γλισχρότητά τινα καθάπερ αἱ τοῦ βολβοῦ καὶ σκίλλης κτἑ.*

Accedamus jam ad ceteras particulas, quae cum *τοὶ* unam in vocem coaluerunt, dico *μέντοι* et *καίτοι,* quarum *μέντοι* mirum in modum numquam in hist. pl. atque fragmentis inveni, contra sexies in libris de causs. pl., cf. I, 22, 7 *τὸ μέντοι παρέπεσθαί τινα τροφὴν εἰς τὸ διαμένειν ἐν τοῖς ψυχροῖς ἔνια τῶν θερμῶν τάχ' ἄν τις συγχωρήσειεν;* II, 9, 12; V, 3, 4; — 14, 7; VI, 18, 4; char. p. 30, 9; et *οὐ μέντοι* habes C I, 2, 1. Nusquam vero *γὲ* additum est.

Aliter res se habet in usurpanda particula *καίτοι,* quae et in omnibus scriptis legitur et multo saepius quam *μέντοι.* Exstat enim in hist. pl. undevicies, in libris de causs. pl. undetricies, in primo fragmento novies, in ceteris decies. In collocanda vero particula *γέ,* quae haud raro sequitur, Theophrastus cum Aristotele consentit, quod fere semper, i. e. undeviginti locis has particulas uno verbo disjungit, cf. I, 3, 2 *ἔτι δὲ μᾶλλον ἄγνοι καὶ ὁ παλίουρος καὶ ὁ κιττός, ὥςθ' ὁμολογουμένως ταῦτα γίνεται δένδρα· καίτοι θαμνώδη γέ ἐστιν.* Eodem modo comparati sunt II, 1, 2; IV, 15, 4; VIII, 11, 7; IX, 1, 6; C I, 6, 6; — 8, 4; II, 15, 1; III, 10, 8; V, 8, 1; VI, 3, 2; — 9, 4, Fgt. I, 7, 53; — 13, 71; — 16, 90; III, 4, 32; V, 3, 25; IX, 9; XII, 27.

Quamquam tot locis *καίτοΐ — γέ* verbo aliquo interposito dirempta sunt, tamen, quominus tribus locis, qui restant, ubi *καίτοι* et *γέ* non disjuncta sunt, mutemus, non modo prohibet, quod haec particularum collocatio apud alios scriptores in usu est (cf. Krüger. l. l. I, 69, 15, 3, Kühner. l. l. II p. 705[a]) sed etiam ab Aristotele usurpata est (cf. Euken. l. l. p. 35). Invenitur vero haec collocatio IV, 4, 1 *καίτοι γε διεφιλοτιμήθη Ἅρπαλος ἐν τοῖς παραδείσοις τοῖς περὶ Βαβυλῶνα φυτεύων πολλάκις καὶ πραγματευόμενος, ἀλλ' οὐδὲν ἐποίει πλέον.* C I, 16, 6 et 7.

Ceteros locos, ubi *καίτοι, γὲ* particulâ non sequente, exstat, satis habeo attulisse, cf. I, 6, 10; III, 2, 2; — 6, 1; — 12, 8; IV, 5, 6; — 13, 4; V, 9, 3; VI, 7, 2; VII,

5, 1; VIII, 6, 2; — 9, 3; — 11, 5; IX, 2, 2. C I, 1, 1; II, 3, 5; — 11, 3; — 11, 9; III, 7, 2; — 9, 2; — 10, 1; — 10, 6; — 15, 3; — 24, 1; IV, 1, 5; — 4, 2; — 9, 1; — 16, 3; V, 14, 5; VI, 2, 2; — 11, 4; — 16, 1 et 2; — 18, 1 Fgt. I, 3, 14 et 17; — 6, 31 et 37; — 7, 57; — 13, 70; III, 3, 25; VII, 1, 16; IX, 7 et 32 et 36.

Restat, ut addam, particulas *τοιγάρ*, *τοιγάρτοι* et *τοιγαροῦν* apud Theophrastum non in usu esse.